Herpes estiomenus cũ accidit ab vlcere malo: aut bothor nigra: aut viridi: aut ea que habet colorẽ pauonis incipiens ambulare et dilatari velociter: tunc oportet vt festinetur ad cauterizandũ ipsum: aut proijciatur super ipsum medicamẽ acutum et liniatur in circuitu eius cũ luto et aceto. Cum ergo denigratur et mollescit ingredo. tũc ponatur super ipsum sulphur cõtritũ confectũ cum butyro vna vice post aliã donec cadat nigredo: et iteretur illud donec cadat caro corrosa mala tota. deinde abluatur cum aceto et aqua et curetur cũ medicamine generatiuo carnis. et nõ sit negligẽtia in ipso: quia occupabit ex corpore locum plurimũ.

¶ De antrace. Capm.cxxxv.

Hoc aliud est rubeū.et aliud viride.ꝛ aliud nigrū. et vnūquodqȝ est malū.et signa eius sunt bothoꝛ et apostema cū quibus egredit̄ inflāmatio vehemens ledens valde pertransiens mensurā in hoc:et fit qd̄ est in circuitu eius velociter nigrū aut viride:et accidit cū eo vomitus et pulsus cordis et sincopis et si supfluunt iste intentiões cū eo est mortiferū cito ſm plurimū:et nō opȝ vt flōmia fiat cū hac egritudine. Sed festinet̄ et dent̄ infirmo oīa q̄ confortāt coꝛ cū infrigidatiõe ex eis q̄ diximꝰ in caplo calefactiõis cordis:ꝛ conferunt ad illud granata acetosa:et acetositas citri:ꝛ odoramentū redolentiū frigidorū. ¶ Si aūt in aere fuerit pestilētia:tūc erit malū:et cōferūt ei illud qd̄ sumit̄ ex cibis cū lentibꝰ excorticatis ꝛ aceto et cibis cōgelatis:et omne qd̄ incrossant sanguineȝ confortat coꝛ et extinguit superfluitatē caliditatis: ꝛ conferunt ei vt aggregetur in circuitu eius nix plurima.ꝛ hoc quidē plurimū accidit in autumno et in fine estatis.

¶ Intēde ergo in curatiõe eius cū medicinis cōfortātibꝰ coꝛ cū infrigidatiõe:locū autē scalpella ꝛ ablue sanguineȝ eius cū aqua ca.ne cōgeletur ꝛ nō currat ꝛ sugatur suctione leni:vt egrediatur paulatim:et non liniatur epithimate frigido:īmo cum vides ꝙ iam accidit ab epithimate et aqua frigida pulsus cordis additus tunc incipe et embroca ipsum cū aqua calida:et calefac ipm: ꝛ pone super locū cum infirmus est sedens in domo:et in circuitu eius quod ꝓhibeat̄ frigus ꝓuenire ad corpus ꝛ subleua plurimū intētionis tue ad conseruandū virtutē ꝛ infrigidandū coꝛ:loci vero ipsius curatio non est possibilis:nisi post illud.

¶ Cum ergo alleuiat̄ pulsus cordis et deletur:ꝛ virtus est fortis:tūc ꝯsidera.ꝛ si est ꝑambulās:cura ipm cuȝ eis q̄ diximus.et si iam denigratū est:tūc cū eis q̄ diximꝰ etiā ꝛ si indiget vt cauterizet̄ cum incipiens malū: cauteriza ipm: deinde consolida.

¶ De adustione ignis. Cap.cxxxvi.

Confert adustioni ignis vnguentū de calce.et vnguentū ceruse.et magis vltimū ꝙ experti sumus ad hoc est vnguentū albū. et cū est res magna et plurima īdiget flobotomia ex latere diuerso:aut opposito

deinde curetur cum vnguēto albo. volo ꝙ intelligatur per vnguentū albū: illud quod est factū de cerusa et oleo ro. et cera ꝛ nō de pluribꝰ. ¶ De panaritijs. Ca. cxxxvij.

Confert huic vt igniaꝛ oleū ne aduraꝛ taliter: et imprimaꝛ in ipo. Si ergo sedaꝛ pulsatio: ꝛ sanat tūc illud sufficit. ꝛ si nō: tūc ponaꝛ super ipꝫ qđ sa niei faciat collectionē. ¶ Cū ergo colligiꝛ sanies et maturatur perforeꝛ foramine puo ꝛ exprimaꝛ: deide cureꝛ illđ: vt nō capiat radicē vnguis totius: et cureꝛ cū medicamine gñatiuo carnis et qñqꝫ confert ei in principio vt liniaꝛ cū erugine ferri ꝛ aceto. ꝛ ponaꝛ in niuevsqꝫquo obstupescat.

¶ Cura vlcerꝫ vulnerꝫ recētiū ꝛ putridorꝫ ꝛ antiqꝫ. cxxxviij

In curatōe quidē vulneris recētis: cū nō est magne quātitatis ꝛ ꝓfunditatis sufficit vt cōiungāꝛ extremitates eius decēter et ligentur: ꝛ caueatur ne oleū cōtingat ipm aut cadat inter labia eius pilus: qm̄ illud ꝓhibet incarnationē. ¶ Si autē ꝓfundū fuerit tūc necessariū erit tibi: vt sup ipm ponas vngm̄ carnis gñatiuū. ꝛ sufferas et liges: ꝛ si declinat labiū vulneris vnū ꝛ elongatur ab altero ad aliquā partiū tūc ligeꝛ ab illa parte: et declineꝛ ad partē oppositā: ꝛ si declināt labia eiꝰ ad duas partes simꝉ ꝛ elōgaꝛ vnū labiū vulneris ab alio tūc ligeꝛ vtrūqꝫ. ꝛ si ex magnitudie vulneris ꝯsequaꝛ vt nō cōiūgat ipm ligatura cū ipm decēter ꝯstringimꝰ tūc opꝫ vt suatur in vno loco aut in duobꝰ aut in tribꝰ ſm quātitatē q̄ non permittat labia vulneris disiūgi. ꝛ si fuerit i eo virus ꝓhibēs ipm ꝯglutinari erit necessariū medicamē exiccatiuū ꝛ abstersiuū virus ꝛ ꝓhibēs currere ad ipm virꝰ aliud. ¶ Cū ergo ꝑforaꝛ hubo vel vulnꝰ vꝉ excitura oꝫ ꝑforet ipm in inferiore loco eiꝰ vt nō retineaꝛ in eo aliqđ de sanie: sꝫ effundaꝛ totū qđ est in his: ꝛ ꝯstringe ipm in supiori pte eiꝰ fortius q̄ꝫ inferiori: ita vt effundaꝛ sanies cū facilitate. ꝛ minora cibū vulnerati in primis diebꝰ ꝓpꝛe si nō egrediꝛ ex sanguis plurimꝰ. ꝛ fac ipm inclinare ad acetositatē ꝛ si rubet qđ est in circuitu vulneris ꝛ incipit apari tūc flōma ipꝫ ex latere diuerso: ita vt postq̄ꝫ trāsierit tres dies: aut septimana vna. ꝛ ei securitas fuerit apatis: fac dilationē super ipm in cibo paulatim: in principio ꝟo nō: ꝛ ꝓpꝛie: si nō cur

ierit ex vulnere sanguis plurim⁹: etiā qñ vuln⁹ est in latere iūcture aut in loco neruoso ꝓpinꝗ ossi: aut corde: tūc icipe pforare ipꝫ ne sanies corrūpat mēbrū aut os aut chordā. ꝛ qñ ē in loco carnoso: tūc dimitte ipꝫ dōec ꝯfirmet ei⁹ maturatio: ꝛ qñ sup vulnus ponit vngm̄ ꝛ calefacit ipm ꝛ rubeū facit. tūc icipe ꝛ pmuta ipm cū frigidiore eo: ꝛ qñ detumescere ipm facit: ꝛ facit ipsuꝫ albū. tūc cura ipsuꝫ cum vngtō calidiore eo paulati: ꝛ fiat incisio semp fm lōgitudinē corpis nō in latitudine in oīb⁹ locis equaliter q̄ eminētiā nō habēt. in locis aūt q̄ sunt flexibilia ꝓcedat cū flexibilitate accidēte in illo loco. ¶ Et cū videris sup vlcus pus aut albedinē: tūc adde i acuitatē vnguēti. ꝛ qñ vides ꝙ currit ex eo virus ꝛ dolor est cū mordicatiōe tūc seda ex acuitate ei⁹ aliq̄d: ꝛ ꝓhibe subtilitatē ei⁹. ¶ Et i vlcerib⁹ quidem difficilis sanatiōis ꝛ malis. indiget hūs ea flōmia et solutiōe vētris. deinde curatiōe cū vngtō. et in illis q̄ sunt putride carnis est necessariū vt curatio fiat cū vngtō viridi. ꝛ qñ sunt vehemētioris putrefactiōis cum medicamine acuto. deinde cū butiro. vsqꝫquo cadat cortex. deide curet vsqꝫquo sanet. ¶ De fluxu sanguis ex vulnere. Ca. cxxxix.

Oportet vt pparet locus ad supiora et stringat et infridet cū niue. et sumat sanguis dra. ꝛ aloes et sarcocolla ꝛ thus trita sicut puluis: ꝛ sumant pili leporis aut gazel. aut tela aranee. ꝛ fiāt inde tēte q̄ madefiant in albumine oui. ꝛ inuoluant in medicamīe ꝛ ipleat inde vulnus: ꝛ puluerizet desup hoc medicamē: ꝛ ligamīe cōstringat. ¶ Et qñqꝫ ꝯfert ei hoc medicamē cui⁹ ꝯfectio ℞. atramētū ꝛ sanguinē dra. ꝛ aloē ꝛ calcē nō extictā ꝛ albumē oui qd̄ administret cū pilis leporis: aut gazel. aut tela aranee. ¶ Et si sanguis fluat ex vena icisa tūc signa⁹ eius sunt exuberātia ipsius: ꝛ multitudo ei⁹: ꝛ tūc quidē est necessariū apire vuln⁹ paulatim cū subtilitate: ita vt ꝯsequatur orificiū vene. ꝛ stringat cū filo lini subtili firmo. deide curetur ita vt stringat qd̄ est supra vuln⁹ cū ligatura donec ascindat sanguis. deinde puluerizet sup vuln⁹ ex medicamine. postq̄ ꝯglutinant labia eius ꝛ suunt et ponant desuper etiā ex medicamine et albumine oui. et non soluatur diebus primis. ¶ Qd̄ si fluxus sanguinis est ex artaria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

est magis difficile cõstringere ipm: et signũ est eius: qd sanguis eius ipetuose egredit vna vice: et abscindat alia: tũc ergo ẽ necessariũ vt stringat et cauterizet si ẽ magna: aut adhibeat ferrũ quo incidat: et incidat: deide curet locus. ¶ Fluxũ xo sanguis q est ex venis labiorum: abscidit retẽtio niuis in ore. ¶ Sz flux⁹ sanguis q est ex sãguisugis abscinditur cũ sup ipm inuiscat fabe medietas. et abscidit ipsum etiã vt pulverizet desup puluis molẽdini: aut ĩfrigidet cũ niue.

¶ Cura algebre et dislocatiõis et fracture. Ca.cxl.

Maior error cũ accidit percussio et casus et dislocatio et fractura et cõtorsio est vt addatur dolor loci per cõpressionẽ factã desup: aut per ligaturam strictã. ¶ Cum ergo accidit casus aut pcussio et nõ aduenit cũ ea dislocatio: tũc nõ indiget cõpressione: neqz extẽsione oĩno. Sed vngat subtiliter si nõ est fractura. et emplastretur emplastro algebre sedãte dolorẽ. et stringat leuiter ligando et caueat ne fatigetur membrũ illud in laborãdo. ¶ Et si est fractura: tunc opz vt vngat et tendatur et prematur fm quãtitatẽ qua eget vt redeat os ad locũ suuz cũ maiore facilitate q possibilis est ei: et signũ quidẽ hui⁹ fracture est qꝫ apparet eminẽtia ossis. et expulsio eius fissura vero et cõtritio in longitudine et latitudine in osse nõ indiget etiã vnctione: neqz equatione. ¶ Verũ dislocationi necessariũ est vt extẽdatur donec sit possibile vt redeat ad locum suũ. Verũtñ oz vt fiat in summo cũ facilitate et subtilitate et cũ minore quãtitate doloris q nobis possibilis est. et minoret cibus egri in primis dieb⁹ vsqz ad septimanam. donec securitas sit ab apãte in loco. Cũqz securitas sit ab apãte: tunc absoluat ei cib⁹ paulatim. ¶ Si aũt tardatur incarnatio fracture. et corpus est extenuatũ cibetur tũc frumẽto cocto vsqzquo fit quasi puls: et pultib⁹ et cibis crossis: et capitib⁹: et qñ cõmouet ex strictura ligamẽti dolor mollifica ipm paulatim: et non dimittas neqz tolleres dolorẽ ei⁹: qz facit incurrere apã et putrefactionẽ et corruptionẽ mẽbri. et qñ cõmouet sub ligatura pruritus solue. et embroca cũ aqua calĩ. et dimitte hora vna donec exuget: et reitera. et qñ nõ succurrit dislocatiõi donec apostemet tunc nõ extẽdat. qm nõ fortasse saluabit a spasmo: et opz

vt cirurgici assidue caueāt ne cadat super locū nisi planū fiat dolor fortis:et cōprimat ad latus nisi ad illud ad qd opꝫ vt cōprimat.et si fuerit vulnus cū ea dimitte orificiū vulneris discoopertū:vt currat ex eo virus:nā si illud nō fit in ea apostemat. ¶ Et si in fractura fuerit frustū ossis pungens cuius signū est q videbis ipm cadere in carne sicut spinā altā eminentē.et qn pertrāsierit man⁹ tua desup fortior fit dolor et pulsatio.tūc oportebit vt apiat ⁊ extrahatur frustū si fuerit separatū.aut separet si fuerit adherens. deinde curet cū ligatura.et nō liget ante illud: qm cōmouetur inde putrefactio mēbri totius ⁊ leni durities q̄ remanent ex algebra cū cera et adipib⁹ et medullis et reliquis lenificatiuis ex eis q̄ dicem⁹. ¶ Et cōfert casui ⁊ pcussioni et sedat dolorē si resoluat mumia in oleo et bibat posita sup vinū pauce quātitatis:aut sup aquā ciceris. ¶ Et confert ei cui accidit sputū sanguis vt sumat in potu bolū armenū et trociscos de charabe ⁊ flōmet ex latere diuerso. et cōfert ei q̄ cadit sup ventrē vt sumat in potu charabe et boli ar. et sanguis dra.oim.ā.ʒ.i. ⁊ opū cheratū.i.cū hꝫ fluxū sanguis:aut vomitū.retinet.n.ipm subito p⁹ flōmiā.

¶ De aīalib⁹ pūgētib⁹ ⁊ mordētib⁹ ⁊ de venenis. C.cxli.

Confert ei qui in potu sumit venenū vniuersaliter vt dētur ei in potu aqua calida et oleū et euomat vna vice post aliā cum vtrisqꝫ.deinde bibat lac et oleū amigdal.et butyrū pprie.illud em sedat de malitia vel acuitate veneni.et cōsideret post illud q̄ accidētia eueniunt in corpore.qꝛ si accidūt febris et rubedo faciei ⁊ malus odor oris et fetor eius. ⁊ citrinitas coloris ⁊ oculorū dentur in potu res infrigidātes ⁊ extinguētes.et si apparent pigritia ⁊ somnus ⁊ cōgelatio ⁊ stupor dentur in potu res calide sicut medicamē de assa:⁊ ei similia. ¶ Et confert ei qui timet q in potu sumat venenū assiduatio comedendi ficus ⁊ nuces:aut sumat oī mane de tiriaca de terra sigillata.qm pprietas eius est facere illud. pprietas nāqꝫ huius medicine est:vt cū cōtingit venenū esse in cibo educat ipsum vomitu:⁊ qn accidunt ex potu veneni sincopis cui subuenire pōt:et debilitas: et dissolutio virtutis: tunc ipsum est ex eis venenis malis cōtrariis cōplexioni cordis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

a tota substãtia: ꝛ o ꝙ parũ cõfert in eo cura nisi sumatur bezahar resistẽs ei: et ego quidẽ iam vidi ꝙ resistit napello qui est ex venenis q̃ sunt deteriora. et q̃nqꝫ ꝯfert ei diasmuscũ recens: et tiriaca diaciminos: licet nõ viderim ei in expulsiõe napelli magnũ iuuamentũ. in pũctura ỽo vipere est mirabilis valde. cũ autẽ morsus sine punctura aĩalium ignoratur cui⁹ sit tũc stringat̃ qđ est supra puncturã: ꝛ ponantur desup vẽtose ꝛ sugat̃: et scindãtur pulli calidi ꝛ ponantur desup. deinde ponãtur desuper ventose ꝛ sugatur ꝛ vaporetur cũ eis: et ponãtur cancri cõtriti. ¶ Qđ si locus incipit peruenire ad corruptionẽ abscindat̃ locus si fuerit in loco ꝑparato incisioni aut cauterizet̃. Incipiens enim peruenire ad corruptionẽ et putrefactionẽ est significatio ꝙ est punctura aĩalis pernitiosi. Dum autẽ non incipit tẽdere ad corruptionẽ ꝛ putrefactionẽ: q̃uis sit vehementis doloris: cum nondũ sit ei velox perambulatio in corpore non est malum egro ex eo. ꝛ tunc est deterius cũ cadit punctura iuxta cor. Aut vbi est artaria magna.

¶ Illud vero quod confert pũcture vipere est tiriaca magna. et quãdoqꝫ confert ei metridatũ magnum et medicamen de assa et butyrum vetus et medicamen de erbo et comestio alliorum et potus vini puri.

¶ Mordicatiõi autẽ scorpionũ cõferunt vaporatio et assa et allia et medicamen de assa: et tiriaca diatessaron: epithima cum euforb. et oleum antiquũ.

¶ Ad gerarat autem puncturã confert tiriaca alcifarui. i. exercitualis ꝛ poma acetosa ꝛ folia eorum: et tarassacõ. i. trocis. mel agreste et absinthium nabatium et scalpellatio in loco mordicationis et suctio.

¶ Rutele autem mordicatiõi confert balneũ calidũ valde et tina et sepeliri in arena ꝛ cinere calido. et accipe puluerem de nigella. et semen apij. et medicamen de assa.

¶ Uespe autẽ et apis pũcture cõfert epithima de bolo arme. et aceto etiam ꝛ cãphora. ꝛ supponere frustũ grãdinis in ano: et emplastrare cũ maluis et portulaca aut solatro.

¶ Mordentia autẽ si dentes suos dimittant in loco morsure: oportet vt fricetur cum oleo aliquo. deinde cinere lini. deinde emplastretur cum eo donec egrediantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Canis autem rabiosi morsus est maximũ nocumentũ. et eius signa sunt rubebo oculoꝝ: ꝛ ꝓiectio lingue ex̄ et intromissio caude inter crura ꝛ spuma currens ex ore ꝛ raucedo vocis ꝛ abhorrere socios ꝛ notos: et inuadere oẽm cui obuiat: et fugiũt canes ab eo. et dr̄ ꝙ si liniatur ex sanguine currẽte ex morsu ei⁹ panis nõ comedunt eũ reliqui canes. et ꝙ si emplr̄etur vulnus cũ massa et ꝓijciatur galline: non comedit ipsam. ꝛ suꝑuenit egro timor aque ad minus a. xl. diebus vsq; ad. iiij. menses. Cũ ergo sentit infirmus ꝙ canis q̃ eũ momordit est rabiosus: tũc oꝫ vt ponanr̄ suꝑ locũ morsus ventose et sugar̄: et ponar̄ desuꝑ erura elixata ꝯfecta cũ butyro vaccino: ꝛ sumat in potu medicamen de cancris ꝛ rege ip̃m regimine melr̄icoꝝ ex humectatione corporis ꝛ eductione melãcolie: de medicinis q̃ interficiunt.

¶ Ille autẽ qui cãtarides in potu sumit: iuuar̄ potu lactis et oleo amigd̄. et signum eius est ꝙ mingit sanguinẽ et dolet vesica eius: deinde curer̄ cura vlceris vesice: et ꝯfert ad potũ medicamen de assa: et tiriaca dyatessaron.

¶ Et confert ei qui bibit iusquiamũ albũ lac proprie post vomitũ si succurritur ei velociter.

¶ Et cõfert fungis ꝛ tuberibus pernitiosis vomitus ꝛ medicamẽ de asa: et medicamẽ diapipereõ et sumere in potu piper cũ vino veteri: ꝛ vt vomat cũ nitro salso et baurach.

¶ Illi autẽ qui bibit lac et adueniũt ei post ipsuꝫ mollificatio et nausea ꝛ sudor frigidis bibat acetũ forte. deinde sumat ex asa: aut ex calamento syr. ace. ʒ. i. vna vice post aliã vicem. ¶ Et ille cui psilium facit accidere simile huic euomat et sumat in potu post medicamẽ de asa. et tyriacã diatessaron. ¶ Et similiter fiat si accidant homini hmõi accidentia a comestione coriãdri plurimi humidi: cuius signũ est q̃d odorar̄ super corpus eius odor coriandri. et cõferũt ei illa que diximus cõferre ei qui bibit psilium.

¶ Et qñ accidit ex comestione assature que inuoluitur cum extrahitur a furno in aliqua re: et nõ permittir̄ euaporare parumꝑ: vertigo similis epilẽe: euomat ergo. deĩde sumat ĩ potu rob fructuũ acetosoꝝ. deinde detur ĩ potu rob fructuum stipticoꝝ ꝛ miua: deinde ʒuccarũ ro. cum xiloaloes ido et mastice et querat somnũ et ingrediatur balneum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Et pisces frigidi cũ sup̄uenit eis vn⁹ dies aut duo: et sunt
assati faciũt sĩl'e illi: ⁊ cũ dimittunt ĩ loco hũoroso frigido ⁊
sunt suffocati. accidit. n. ex eis illud qđ accidit ex comestio
ne fungorũ p̄nitiosoꝝ suffocãtiũ. ⁊ cura eius est: vt euomat
⁊ sumat in potu vinũ purũ cũ pipere: ⁊ curet̃ cura fungorum
¶ Et sĩlr̃ nuces ⁊ auellane cũ fuerint rancide ⁊ comedũtur
qñqȝ. n. accidũt ex eis accidẽtia mala: quib⁹ cõfert rob cito
niorũ ⁊ rob pomorũ. Et lac habẽs odorẽ lini putrefacti: et
malũ etiã quare opȝ vt curet̃ cuȝ vomitu: ⁊ detur post illud
diaciminũ: ⁊ diapipereon. et detur in potu vinum purum: ⁊
fomentetur stomachus cum oleo nardino.

¶ Que accidentia mala qñqȝ accidũt ex laxatiuis et vomi
tiuis ⁊ qđ habeãt purgare ⁊ quib⁹ sit vtendũ. Ca. cxlij.

Quandoqȝ accidũt ex potu medicinarũ solutiuaꝝ
⁊ vomere facientiũ malarũ sicut mezereon ⁊ deri
dre ⁊ sabrẽ: ⁊ spẽs lacticinioꝝ aliorũ: ⁊ medicine
plures ignote: sicut elleborus niger: ⁊ gilbernech: ⁊ cõdisi:
⁊ sĩl'a accidẽtia mala valde. quapropter opȝ vt sint cõtenti
ex solutiuis eis q̃ sunt faciliora. sic̃ mirob. ⁊ viol'. ⁊ pruna: et
syrupus ro. dict⁹: et syrupus viol'. et q̃ sunt sĩl'a illis. Et sint
contẽti turbit: ⁊ aloe: ⁊ epithimo: ⁊ polipodio. ⁊ pulpa col-
loquĩtide ⁊ agarico ⁊ sene ⁊ fumoterre; cass. f. ⁊ tereniabin:
⁊ tamarindis ⁊ scamon. antiochena bona. ⁊ deuitetur cora
scena qm̃ est p̄nitiosa: ⁊ euomãt oĩa que necesse est vomere:
⁊ sint cõtenti ex vomitiuis: syru. acetoso: et raffano: ⁊ semie
aneti: ⁊ eruca: ⁊ alchotar: ⁊ medicamine habẽte valde parũ
condisi: cũ necessarius est vomitus fortis: ⁊ nuce vomica ⁊
granis alracha. alia meuia q̃ sunt vt existimo nux vomica ⁊
similib⁹ ex illis q̃ experti fuerũt ⁊ tentauerũt. de quib⁹ iam
diximus in hoc libro. ¶ Et deuitent vomitũ ⁊ solutionẽ ven
tris cũ medicina ignota: ⁊ qñ accidit sup̄fluitas solutionis
ventris da in potu medicinas in quib⁹ ponit̃ aliquid opij: ⁊
iusquiami: ⁊ fac egrum ingredi balneũ: ⁊ da ei ad potãdum
sauich de nabac: ⁊ sauich de algobera. et puluis de granis
granatorũ: ⁊ non des in potu medicias in quib⁹ est iusquia
mum et opiũ: nisi cũ iste nõ operãtur. et vbi vides solutionẽ
infestare vehementer: et timetur ꝙ cadat virtus: cum ergo
indiges eis incipe et da eas in potu. ¶ Et cura eius in quo

superabūdat vomitus est cura colirice passionis. ¶ Et non des in potu catarticum bis in die vna: et nō soluas in vehementia caloris neqꝫ in vehementia frigoris: qm̄ non fit securitas quin solutio fortiter superfluat in parte frigoris et caloris. neqꝫ soluas ī febribus fortis caliditatis: ꝛ cum debilitas virtutis adest. ¶ Et illis quibus ex cōsuetudine vlcera in intestinis solēt fieri: ꝛ quibꝰ velociter aduenit excoriatio: ꝛ illū cuius natura facilitatē ignoras: ꝛ difficultatē ſm medicinā solutiuā nō soluas. Quere ergo ab ipso quātū ex medicinis solutiuis potare cōsueuit ꝛ quantū ex ea soluere solitus est: ꝛ quot assellationes habere: vt inde significetur mēsura quā necesse sit te in potu ei tribuere. ¶ Et si tibi necesse est: vt alicui in potu medicinā solutiuā incipiendo tribuas scꝫ qui nunquā antea medicinā sumpsit. in primis da ei. i. leuiorē medicinarꝫ. ꝛ que ex medicinis leuior sit: aut ex forti quātitatē minorē. deinde post illud adde in illa donec cognoscas mēsuram ei equalē. ¶ Et scias ꝙ multi hominū quorū nature solutiue velociter obediūt medicine: sunt macilēti. pingues vero diuersi sunt ad hoc. Cap. cxliij.

Aloes solutiōe educit colerā ꝛ etiā hūiditates et est de sublimibꝰ medicis solutiuis cōgruū stomacho. sed aperit orificia emorroydarum: qui ergo emorroydas patit̄: ꝛ eius eget acceptiōe. ipsum cū bdellio ꝛ draga. sumat: si ipꝫ sumere ei necessariū fuerit. ꝛ post ipsius acceptionem in aqua cucume sedeat: sitqꝫ dosis ex aloe ab aureo. i. vsqꝫ ad. ij. aure. eius autē solutio est tarda: quapropter oportet vt consideretur: ꝛ non fiat post ipsum ad comedendum preparatio. Capitulum. cxliiij.

Turbit est medicīa sublimis parue malitie. at Ꝯo quod albū est recens: gūmosum nō plurima indiget rectificatiōe et ipsum quidē solutione educit humiditates: et flegma quod non est plurime viscositatis: cuius dosis est a. ʒ. iij. vsqꝫ ad. iiij. cuꝫ decoquitur: et si sumitur ſm modum suum: est a. ʒ. i. vsqꝫ ad aure. i.

¶ Pulpa colloquintide educit flegma et extrahit ipsum ex profundo corporis et ille qui consuetus est pati excoriationem: opꝫ vt misceat eam cum drag. aut bdellio: cuius dosis est a quarta. ʒ. vnius vsqꝫ ad. ʒ. ß.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Algaricum autem educit melancoliam et flegma grossum cuius dosis est.ʒ.iiij.et est tarde solutionis.

¶ Scamonea soluit colerã ⁊ hũiditates fortivirtute:⁊ cum ex ea ponit̃ cũ aloe ⁊ mirobol'.rectificat̃ ex eis ⁊ sil'r rectificat ipsam rob citoniorũ ⁊ aqua ipsa citoniorũ:⁊ qñ citonia ipsa cũ ea ponunt̃ in cõfectionib⁹ sicut electuariũ de citoniis ⁊ silibus est velocioris operatiõis et minoris malitie: cuius dosis sit a.viij.granis.et.ß.vsq₃ ad quartam.ʒ.i.

¶ Polipodiũ vo educit melancoliã ⁊ flegma salsum et sanat scissuras fortiter q̃ fiunt ĩ manib⁹: ⁊ ponit̃ in decoctiõibus cũ epithimo:cuius dosis sit a duabus.ʒ.vsq₃ ad.iij.ʒ.

¶ Epithimi vero dosis sit a.ʒ.iiij.vsq₃ ad.viij.ʒ.et non indiget rectificatione:⁊ soluit melancoliam.

¶ Mirobol'.citri solũt colerã:⁊ nigri indi soluũt melãcoliã:nigri vo in quib⁹ est ponticitas nõ sunt cõueniẽtes ad solutionẽ faciendã:immo ad stomachi p̃parationẽ:et nõ op₃ vt de mirob.bibat̃ ad soluẽdum. Sed aqua eorũ cũ zuc.et tereniabin.quorum dosis sit a.ʒ.x.vsq₃ ad.xx.

¶ Sene autem ⁊ fumus terre cõferunt prurituі ⁊ bothor ⁊ educunt coleram cum facilitate.sitq₃ dosis a.ʒ.iiij.vsq₃ ad vi.ʒ.in decoctione cum accidit.et similiter viole.

¶ Aqua vo casei colerã cum facilitate educit.de qua necesse est calefactos et qui medicinas nõ tolerant calidas diebus multis in potu sumere. Que quidẽ prurituі conferunt sicco ⁊ malis vlcerib⁹ siccis sicut sahafati ⁊ impetigini ⁊ melancolie et lepre ⁊ egritudinibus que illis sunt similes.ipsa namq₃ coleram educit et adustam simul.

¶ De febribus effimeris. Cap.cxlv.

SPecies febriũ p̃me tres sunt:alie.n.sunt q̃ fiunt in spiritib⁹:sicut feb.effimera:⁊ alie sunt q̃ fiũt in mẽbris radicalib⁹ sicut febris ethica:⁊ tertia fit in humorib⁹ sicut febris putrida.¶ De febre aũt effimera signa sunt.q̄ ipsa semper accidit ab alteratiõe eueniẽte:sicut vigiliis ⁊ labore sup̃fluo aut fame aut sitivehemẽti:aut aceptione medicie:aut acceptiõe ciboꝝ calidoꝝ:aut ex ira sup̃flua: aut cogitatiõe vehemẽti:aut caliditate aeris:aut p̲pter stationẽ in sole:aut p̲pter frigus aeris ĩ itinere:aut natationẽ in aqua frigida:aut in aq̃ aluminosa:aut casu:aut p̲cussio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

ne:aut ꝑpter potũ vini puri plurimi fortis:aut ꝑpter satietatẽ nauseatiuã ex multitudine comestiõis:aut ꝑpter famẽ vehementẽ:aut ꝑpter catarrũ: aut corizã:aut fluxũ vẽtris aut lõgitudinẽ more in aere balnei:et nõ mutat̃ ex ea color vrine:neq̧ tingit̃ ex ea plurimũ:neq̧ pulsus fit velox.neq̧ frequẽs vehemẽter:neq̧ corpis tactus in ea est adurẽs mordicans:neq̧ anhelitus est vehementer cõsecutiuus neq̧ lingua est vehementis asperitatis et siccitatis : et non fit quidem in initio ipsius horripilatio:et post eius declinationẽ sudor:aut humorositas proculdubio. In eo igit̃ qui hac febricitat febre nõ ẽ necessariũ nisi vt ꝯsideret̃ ei⁹ declinatio: deĩde mittat̃ in balneũ.ꝛ sup ip̃z aq̃ tepida fundat̃:ꝛ ipsius corp⁹ tẽperate fricet̃.balneũ ꝟo nõ sit superflue calidũ nisi illis qui frigore febriũt superfluo:qđ eis aduenit in via.

¶ In illo aũt cui aduenit ex labore ꝛ lassitudĩe ꝛ fatigatiõe plĩma:mł̃tiplica iũcturaꝝ inunctionẽ cũ oleo aliquo ꝛ super ipsum aquã effunde tepidã in loco balnei nõ calido:deinde educ eum de balneo:ꝛ ciba ip̃m cibo facili humido et potã ip̃m vino ꝑmixto mixtiõe subtili ꝛ prolõget somnũ. ¶ Ille vero cui hec febris ex cõtritiõe accidit:aut obuiatiõe ꝛ apostemat̃ locus apostemate calido:balneũ non ingrediat̃ sed flobotoma ip̃m : ꝛ locũ apostematis infrigida:et ad locum apostematis singulariter intende:ꝛ cura ip̃m donec sedet̃.

¶ Illũ vero cui hec febris ex potu vini puri plurimi accidit balneũ ingredi nõ facias. Sed in potu aquã granatorũ acetosorũ ei retribue ꝛ aquam agreste et similia illis ex rebus infrigidantibus donec sedetur in eo febris integre:deinde fac eum ingredi balneũ cum facilitate et lenitate.

¶ Ille vero qui ex longitudine stationis in sole frebrit.in aqua dulci recenti balneetur:et super caput ipsius acetum de vino et aquam ro.pone:et in potu sauich de ordeo ei tribue cum zuccharo et aqua niuis.

¶ Illũ aũt qui ex aquis termaꝝ febrit:in balneũ semel mitte:et ipsum cũ oleo bene inunge:ꝛ super ip̃m tepidã aquam infunde:donec corpus ipsius crescat ꝛ inflet̃ et rubeat.

¶ Illi vero qui ꝑpter cibi supfluitatẽ febrit:precipe vt somnum ꝓlonget:ꝛ flobothoma ip̃m si coloris eius rubedo vehemens fit:neq̧ tribuas ei aliq̃d duob⁹ diebus nisi sauich.

¶ In illo xᵒ qui ex fame febrit:non ꝯsideres febris decli
natione͂:sed in potu sauich de ordeo ei cū zuccaro:et aqua
niuis tribue:et ip̄z cibis ifrigidātibꝰ ⁊ humectātibꝰ ciba.
¶ Illū autē q̄ ex fluxu vētris febrit qui ei supuenit balneū
ingredi fac:deinde ipsum ciba frigidis vētrē retinētibus.
¶ Illū autē qui ex catarro vel coriza febrit: flōmia deide
viol.conditas et aquā ordei ei in potu tribue.
¶ Si ꝓpter lōgā morā in balneo febrit:in domo vēti dor-
mire fac:aut in loco frigido:⁊ da ei in potu aquaz cū niue
et super ipsius corpus sandalos et aquam rof.et campho-
ram cum rosis contritis pone.
¶ Et plīme q̄dē hax febrium finiunt die et nocte ⁊ sunt de
his q̄ vsq ad.iij.aut.iiij.extēdunt dies:cū aūt tres ptrāse-
unt dies:tūc iam egrediunt a gn̄e feb.effi. ¶ Huius q̄z fe-
bris plīmū nō fit nisi ex repletione ⁊ ex opilatiōe pororum
et rubēt cū ea facies ⁊ oculi:et ꝯfert ei flōmia:⁊ cal̄itas hu
ius febris effimere quātitatē non ptransit.Cum g̃ febrē effi
merā in p̄mo die vides:demū in scd̄a die eā inuenis acutā
et vrina iam tingit:et pulsus fit velox ⁊ anhelitꝰ: ⁊ rubent
facies et oculi:tunc estima ꝙ est de gn̄e.huius feb. Incipe
g̃ succurrere flōmando egrum et soluādo cū aq̄ de fructibꝰ
et si febris in die tertio addet caliditatē et pulsus et anhe-
litus velocitatē et frequētiā tūc nō dubites quin sit hec fe-
bris. Incipe g̃ cum flōmia et solutione cū aq̄ de fructibus
et si est rubedo manifesta et pulsus plenꝰ et corpus carno-
sum et in tactu cū caliditate hūorositas. Incipe cū flōmia
et si in colore nō est rubedo plurima et corpꝰ est:extenuatū
lene ac lacertosum et pulsus frequēs est et velox et latus ⁊
caliditas mordicatiua:et cutis obscura sicca cū tangit cor
pus tunc cū aqua de fructibꝰ faciēda est solutio.deinde sy
rupū acetosum purū ei in potu tribue:et ip̄m in ea ex aqua
ordei ciba cū aqua duox granatox. Cū ergo alleuiat: fac
ipsum ingredi balneū:preter qd̄ sit cal̄m et in ipso cū furfu
re tritici frica ip̄m.et eiꝰ fricationes multiplica ⁊ ablutio
nem cū aqua tepida. deide ip̄m extrahe et fac eū dormi-
re in denudatorio vt sudet:tūc em̄ cū hoc regimine eum a
febre continua euadere facies.

¶ De febre putrida. Cap̄.cxlvi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

SUnt separabilis ꝛ ꝯtinua: de quibus sunt tertiana q̄terna: flegmatica. Sinocha causon: ꝯposita: ꝛ febris apati. Putridarū aūt febrium signa sunt. ꝙ incipiūt sine alteratiōe corpi extrīsec⁹ adueniēte ex causis extrīsecis q̄s diximus in effimera. Sꝫ eueniūt incipiūt et est cū eis oīb⁹ horripilatio aut tremor: nisi cū sinocha que est ex eis: ꝛ quibusdā febribus apostematū. et caliditas earuꝫ oīm est fortior caliditate febris effimere. et pulsus et anhelitus ꝛ vrina sunt vehementioris alterationis. vn̄ vnicuiqꝫ sunt earū signa propria. Cap. cxlij.

SIgna tertiane ꝓpria sunt q̄ incipit cum horripilatione simili pūcture acus ꝛ nō ꝓlongat̄ spaciū horripilationis neqꝫ cōcutiunt̄ in ea dentes. et nō est in ea frigus ad calefactionē vel ad caliditatē declinans. ꝛ festinat eius inflāmatio. q̄re magnificatur pulsus et anhelitus et frequens fit valde: et vehemēs fit inquietudo: caliditas: sitis et angustia. et q̄nꝫ accidūt alienatio ꝛ vomit⁹ colere et egestio eius: et fit in ꝯplexionibus etatib⁹ et corporibus calidis. et qui plurimū vtunt̄ labore. et plurimum abundant humorib⁹: et cibis calidis gn̄antib⁹ colerā. et si fuerit cū istis signis aut q̄busdā eoꝝ: et iam febricitauerūt plures hoīes febre tertiana: tūc iudica ꝙ est feb. tertiana.

¶ Cuius q̄deꝫ cura est solutio vētris cū aqua fructuū sicut syr. de prunis: syru. ro. puro: aut decoctione leui. ꝛ fac illud die nō periodi. et da ei post illud aquā ordei: ꝛ aquā citruli et ciba ipsum sauic et aceto: et oleo amigd. et aqua ei⁹ sit aqua herbaꝝ frigidaꝝ et oīm q̄ extinguūt calorē: et infrigidant. et sit studiū tuū ad extinguendū ſm quantitatē vehemētie caliditatis ꝛ tepiditatis ei⁹. ¶ Si aūt exiccatur natura: tunc premitte aquā prunoꝝ anteq̄ cibes ꝑ duas horas et si soluitur tūc aqua granatoꝝ musoꝝ contritoꝝ cuꝫ granis suis et sua pulpa. ¶ Si ergo nō erraueris hoc regimine: tūc resoluet̄ feb. vsqꝫ ad q̄rtū periodū aut min⁹. ꝛ hec q̄dem febris plurimū stat in periodo q̄rto: et q̄nꝫ sepat̄ in ipso. et plurimū quo extēdit̄ est vsqꝫ ad ꝑiodū. vij. Que autē pertrāsit. vij. ꝑiodos nō est tertiana pura simplex sed est ꝯposita in qua est cōmixtio flegmatis et loquemur in ea.

¶ De signis inseparabilis tertiane. Cap. cxlviij.

SIgna tertiane inseparabilis sunt signa febris ter tiane pter horripilationē et sudorē nō eñ est cū ea nisi cū est crisis: et cal'itas febris et alienatio in ea sunt vehemētiores: ꝛ sunt in ea asperitas lingue: et citrinitas aut nigredo ipsius. et cū lingua est nigra est malignior et qñ est alba est melior ꝛ leuior. et qñ est citrina est inter illas in malitia. ¶ Et differētia qdem est inter febrē tertianam et cōtinuā. et cōtinua q̄ fit ex sanguine est. qm̄ hec fit fortior in tertio: et nō sunt in ea rubedo supflua. ꝛ extensio in corpe et dispositio similis asmati et ꝯstrictio anhelitus qm̄ cū febre sanguinea sunt ista accidētia. Intēde ergo in curatione ei⁹ ita vt des in potu infirmo syrupū de prunis in mane et aquā ordei cū eleuatiōe solis ꝛ aquā citruli. aut aquā cucurbite. aut aquā melonis indi in meridie. ꝛ mucillaginē psilij apud somnū. ¶ Qd si natura fuerit obediēs ꝛ assellauerit oī die plus duab⁹ vicib⁹ reduc diuersitatē. da ḡ ei loco aque prunoꝝ aquā granatoꝝ muzorū cōtritoꝝ cum suis interioribus. et intēde in extinguēdo quantū potes. et nō attēdas. neqꝫ auscultes illd qd dr̄ a stultis medicine: ꝗ multitudo extinctionis tardat crisim ego eñ iā expertus sum ambas vias: ꝛ inueni hāc viā in columiorē et securiorem ꝛ minoris timoris: et q̄ mortui sunt ex hñtib⁹ hanc febrē cū hoc regimie mlto pauciores sunt eis q̄ mortui sunt cū regimine pmo oīno. dimittere eñ extinctionē ꝛ subtiliationē regiminis appropīquet crisis est dimittere egruꝫ ad mortē pculdubio: nisi separet̄ ei supfluitas humiditatis in corpe: aut inobediat medico ꝛ bibat aquā fri. plurimā: aut comedat cibū quē desiderat plurimū: et si nō plurimū eorū cerebrū assatur et stōacus ita vt spasmet̄. quare dissoluunt̄ oculus et mādibula. et accidit eis tortura ab assatione cerebri: et spasmant̄ nerui: et non phibet̄ in hac febre quin in potu sumat eger aquā fri. cū vult. ꝛ qd appetit de fructibus frigidis humidis.

¶ De sinocho. Capi. cxlix.

INcipit calida sine tremore: ꝛ rubēt cū ea facies ꝛ oculi valde et ꝯstringit̄ anhelit⁹: et tact⁹ ei⁹ sicut tactus balneati: et fuit regimen cū eis q̄ precesserūt. regimē multiplicatiuū sanguis e: et est añ cōmotionem

eius grauitas in corpe et additio in somno ⁊ pulsus est cuz ea magn⁹ ⁊ plen⁹ ⁊ vrina est rubea ⁊ spissa. Et cura ei⁹ est vt succurras ei in pncipio rei. et añq̄ vt⁹ cadat valde cum flōmia ⁊ dimitte sanguinem currere donec egro supueniat sincopis: ⁊ si fuerit debilis: ciba ipm medulla panis cū aq̄ granati muzi et aq̄ aggreste: deīde dimitte eū: ⁊ ad vltimū nō dimittas quin pcedat egressio sanguis vsq₃ ad sincopiz et post illud da ei i potu aquā granati muzi: et ciba ipm aq̄ ordei. et rege ipm regimine hñtiū causon febrē. Sed sit cū extinctione minori ⁊ si tardat flōmia in dispōne sua: stude ad dādū illi in potu aquā fri. plurimā: ⁊ da ei i potu ex illa vsq₃quo satiet aut infrigidet et tremat Si ḡ declinat iam sufficit tibi ⁊ si redit: ⁊ tu itera vsq₃quo declinet: ⁊ fiat feb. leuis adherēs: ⁊ tūc quidē rege ipz regimine febris ētice hoc eñ regimē ɔfert in hac febre: ⁊ ego iā expertus sum ⁊ pbaui ipsum: ⁊ liberata est p ipm gens plīma q̄ erat iuxta mortem a timore magno. non sis ḡ piger in dādo in potu aquā fri. cū vehemēs est necessitas. neq₃ dimittas eaz nisi qñ hec febris sinocha est ex apate in stōacho: aut in epate aut matrice: aut renib⁹: aut vesica: aut diafragmate ⁊ pulmone et pprie in diafragmate ⁊ pulmone ⁊ pectore.

¶ Signa necessitatis dādi in potu aquā frigidā. Cap. cl.

In stomacho vo ⁊ epate est timor in dimissiōe tribuēdi in potu aquā. f. cū ipa vehemēter est nec̄aria magis q̄ sit timor i eo qd̄ gñat ex malitia sua. nō ḡ dimittas ipaz tribuere in potu: cū vehemēter est necessaria Et signa vehemētie necessitatis ei⁹ sunt vehemētia inflāmationis febris ⁊ q̄ pulsat cor ⁊ tremit post assiduationē feb. fm illā dispōnē difficilē duob⁹ dieb⁹ aut trib⁹: ⁊ nō extinguūt eā extiguētia: et nō valēt in ea: cū ḡ pulsat cor cū hoc tūc iā bullit sanguis ebullitiōe ⁊ nō liberat ipm tūc: nisi in potu ei det aq̄ fri. et det ex ea in potu subito tm̄ q̄ satiet..

¶ Res eñ fride fortes tūc nō pueniūt ad id qd̄ est nec̄ariū nā si non potant isti aquā. f. supuenit eis sincopis post paululū et findunt vene in vētrib⁹ eoꝝ: q̄re emittūt sanguinē p nares: ⁊ large expellitur sanguis: ⁊ moriuntur: et illud qm̄ artarie pprie frangunt. et qñq₃ bene sunt posite ⁊ fortes: quare non accidit eis hoc accidēs. Sed ɔstringuntur eoꝝ

anhelitus ꝛ prefocant subito: quare opꝫ vt fiat q̃tenus vincat qđ accidit ex malitia sumēdi in potu aquā vel hūc timorem magnū: fortasse eñ nō accidit ex ea nisi debilitas feb. et ꝓlōgatio spatij eiꝰ et aduētus aptis duri in viscuribꝰ: et illud est ex eis qbꝰ expellit mors cito: ꝛ qñqꝫ est possibil' ēt vt succurrat cura huiꝰ feb. cū ea. Cū ḡ admīstraueris flōmiā et dederis in potu aquā .f. tūc rege febrē post illud fm' q̃ntitatē quā vider residue cal'itatis eiꝰ cū aq̄ granatoꝝ: aut cū aq̄ zuccari rosati aut aq̄ ordei aut syr. acetoso: aut trocisci de rosis ꝛ sil'ibus. ¶ De flegmatica febre periodica. ca. cli.

Ipsa incipit cū horripilatione veri frigoris et tardatur in calefaciēdo: et est horripilatio lōgi spacij et facit paroxismū oī die: ꝛ fortasse nō calefit: ꝛ nō est vehemētis inflāmationis: et est cū ea vomitꝰ flegmatis et hūiditas in ore ꝛ debilitas appetitꝰ. et paucitas sitis: et plurimū accidit mulieribꝰ et flegmaticis ꝛ pueris ꝛ eunuchis: et in eis q̄ assiduant cibos ꝛ regimina humectātia: ꝛ q̄ multū vtitur fructibꝰ hūidis ꝛ mollescit corpꝰ et inflant palpebre inferiores ꝛ albescit facies ꝛ citrinat. cuiꝰ cura ē vomitꝰ cū syr. ace. et aq̄ calida. in horis horripilationis: ꝛ vaporatio cū aq̄ cal'. et cū videris ꝙ fl'a est crossiꝰ. qđ scies ex crossitie eiꝰ qđ egredit cū vomitu et difficilitate eius et ex pigritia feb. ꝛ lōgitudine sui tpis et sui ꝑoxismi: et difficultate calefactiōi ipsius tūc ciba eū illis q̄ incidūt fl'a añ vomitū: ꝛ da ei in matutinis zuccarū ro. ꝛ syr. ace. dū ꝑmanet in eo cal'itas sup̄flua. Cū aūt nō fuerit cal'itas eius caliditas sup̄flua: tūc da ei trociscos de eupatorio ꝛ medicinas fortes ex ꝓuocātibꝰ vrinā sicut anisi: ameos ꝛ semē apij: ꝛ administra balneū et euacua corpꝰ cū catartico forti: ꝛ nō dimittas in hoc toto quin ꝯfortes stomachū ꝓprie cū mastice et olibano ꝛ ciperis ꝛ similibus: ꝓijciendo ea cū illis q̄bus curatio fit. Cū hac eñ febre debilitat stomachus.

¶ Flegmatice continue signa. Cap. clij.

Cum hac febre sunt oīa signa q̄ sunt cū flegmatica preter ꝙ horripilatio non est cū ea. immo sil'itudo horripilationis in corpe et cal'itas eius est addita ꝛ sudor in ea etiā nō fortasse est nisi cū totaliter separat: īmo plurimū est separatio .i. recessio huiꝰ febris ꝛ flegmatice ꝑiodice

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

vtriusq; quartane:ꝛ oīm febriū,plixarū tardaꝝ absq; crisi: immo cū resolutiōe alicui⁹ rei post aliā rē. ¶ Si aūt est in dispōne aliqū:tūc cū vomitu ꝛ solutiōe vētris: ꝛ cura eius est sicut cura flatice piodice. Uerūtn̄ oꝫ vt sit intētio tua in hac ſm ea q̄ calefaciūt cū cautela plus:ꝛ ꝓprie cū caput ē debile:ꝛ eger est ex illis in quib⁹ ꝯsuete fiūt egritudines: multotiēs.n. fit in eleuatiōe hui⁹ febris birsen frigidū:et peruent ad ꝯfortādūꝫ stomachū cū zuccaro ro.ꝛ trocis. de ros.ꝛ sīlib⁹:et si caput fuerit debile ꝛ feb.fuerit tarda tepida tunc da ei,in potu fortia in ꝓuocādo vrinā et euacuādo flegma cū eis q̄ sunt vt trocisci de eupatorio:ꝛ pill'e i q̄b⁹ est pulpa colloq̄ntide ꝛaquā seminū ꝛ radicū:ꝛ aquā mell' et cimini et diapipeō et nō dimittas vomitū cū eis q̄ incidunt:nō.n.ꝓlongat̄ plurimū cū hoc regimīe et multotiēs quidē ꝓuenit hec febris ad ydropisim ꝛ ꝓprie ad yposarcā: cū ergo videris inceptionē corruptiōis cōplxionis:tunc incipe succurrere ei cum eis q̄ diximus in caplo ydropisis et elige ex illis medicinis cōueniētiores eaꝝ ſm caliditatem feb.et tarditatē eius. ¶ De quartana periodica. Ca.cliij.

Horripilatio difficilis vehemēs cōsequēs ꝓfunditatē ossiū et debilitat̄ pulsus in principio ei⁹ valde:ita q̄ si tu assiduas illū q̄ hanc febrē hꝫ:nō indiges cum eo significatiōe alia.licꝫ eīn pulsus minoret̄ in inceptiōe oīm aliaꝝ febriū:nō tn̄ minorat̄ sicut i hac ꝛ plurimum quidē accidit hec post febres cū permiscētur eorūꝫ paroxismi. In inceptiōe v̄o o q̄ parū accidit ꝛ plurimum quidē accidit in autūno et in hyeme: et in eo in quo dn̄at̄ colera:et habētib⁹ splenes crossos:ꝛ q̄ multum vtit̄ cibis mīcis:et caliditas eius cum calefit est infra caliditatē tertiane et causonidis vere.caliditatis sicce valde mordicās palmā. ¶ Et caliditas sanguinee ꝯtinue est acuta. Sed est cum humorositate sicut dispositio vaporis cum aqua cali. ¶ Et caliditas flegmatice diuersa est sicut dispositio caliditatis ꝓueniētis ad manuꝫ retro rē perforatā. Et quartane caliditas est infra calītatē tertiane. Sed nō est in siccitate etlasperitate infra illā. ¶ Et cura hui⁹ feb. est semp si aqua cū ea est rubea ꝛ crossa:et qn̄ accidit post febres calidas:cum flōmia basilice ex latere sinistro:deinde soluere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

ventrē egri multis vicibus cōtinuis. Et si nō est caliditas febris vehemētis fortitudinis cū decoctione epithimi fm modū suū: ꝛ si est fortis caliditatis: tunc cū syru. ace. ꝛ epithimo ꝛ aqua casei in qua infusuȝ est epithimū: ꝛ cū decoctione mirobol. nigroꝝ: ꝛ infusiōe eoꝝ: ꝛ si fuerit caliditas ei⁹ sicut fortior caliditas q̄ est febriū quartanaꝝ tūc aquā casei solā: ꝛ si fuerit post febres flegmaticas aut ꝯmixtas: tūc admīstra vomitū post incisiua subtiliatiua cū quib⁹ nō nō est p̄ima calefactio: sicut sicla cū parua quātitate sinapis ꝛ syru. ace. ꝛ rafan⁹: et fac ip̄m vomere: ꝛ da ei in potu qn̄ antiquaꝫ et alleuiaꝫ horripilatio illud qđ sudare facit: sicut cardamomū ꝛ medicamē de asa est meli⁹ ea ꝛ veloci⁹ ipso: ꝛ pone corā eo: et post ip̄m duo vasa in quib⁹ sit aqua bullita cū camomilla et sceha: ꝛ calamentū: et cooperi eū cum pannis in hora paroxismi. et horripilatiōis vt velox fit eius calefactio: et ꝓuoceꝫ sudor et mitte eū in hmōi hora in balneū inter oēs duos dies: aut oī die: nō i die paroxismi.

¶ Si autē febris fuerit tepida: nō subtilies regimen eius: sed da ei cibos leues sicut caro arietuȝ: ꝛ assidua lenificationē eius nature: ita vt des ei semꝑ aquā sicle: et aquam caul. et ficus infusas in aq̄ mell. ꝛ ius galli vetusti decocti cū aqua et sale in quo ꝓiectū fuit aliquātulū polipodij: de quo sorbeat parū āte cibū suū: et itera solutionē ꝛ flōmiā: si nō videris ei plurimā diminutionē: ip̄a eñ nō ꝓlōgabiꝫ fm hoc regimē.

¶ Signa quartane cōtinue. Cap. cliiij.

Signa sunt signa quartane periodice: verūtñ nōn est horripilatio: et fit fortis in quarto et tepescit in alijs dieb⁹. et o q̄ꝑ parum est eius euentus: et ei quidē ꝯfert flōmia basilice ꝓprie: deinde flōmia saphene: deinde ꝓuocatio vrine si fuerit pigre cal'itatis: et fiunt cū ea in ore lenitas et humiditas p̄ima: et solutio melācolie cum non fuerit istud et accidit post febrem acutam.

¶ Febres q̄ faciūt paroxismū in. v. dieb⁹. vi. ꝛ plus. Cap. clv.

Quā parū euenit paroxismus ꝑtransiens quartā: vero tamen ego iam vidi paroxismos trāseuntes multotiēs: ꝛ sunt iste febres oīno ex hūorib⁹ crossis: ꝛ est cura eaꝝ sicut cura quartane.

¶ Feb. composita. Cap. clvi.

SPecies febrium cōpositarum sunt plures valde: et in oī cōpositiōe earum faciunt accidere periodos siles periodis febris simplicis: quāobrē nō opz vt cōsidas in cognoscēda febre ex periodis eius: imo sm acciden tia eius ppria: qñq3 eñ euenit ex cōpositiōe duarum tertiana rum paroxism⁹ oī die: et iste est periodus febris statice. Sz cū vides paroxismū oī die cū accidentib⁹ tertiane: scias q3 sūt due tertiane: vni⁹ quarum poxism⁹ accidit cū recedit alia tertiana. ¶ Et plures febres cōposite accidētes sunt ille q̄ fiunt ex colera et flegmate: et iste febres plixe sunt et male. quarum signa sunt pmixta ex signis tertiane et faciente paroxismū oī die. quare in vna die erit calida ppter vehemētiam inflāmatiōis: et in alia die pigra et sepulta debilis caliditatis plixe eleuatōis: q̄ forsitā nō calefacit nisi cū labore: et iterat in eo horripilatio post calefactionē semel aut bis: et inflat cū hac febre facies. et corrūpunt viscera et debilitant et infrigidant stomach⁹ et epar. Cura ei⁹ feb. est vt admistret in ea purgatio cū medicinis sm paucitatē caliditatis ei⁹ et multitudīs ipi⁹: et intēdas in ea sicut cū syr. ace. puro et illo q̄ est cū seminib⁹ et sicut cuz zuccaro. Cūq3 dies ptrāsierit: tūc da eis trocis. de ros. cum zuccaro ro. et mastic. et aq̄ feniculi: et trocis. de eupatorio et silib⁹ ex eis que dixim⁹. ¶ De horripilatiōe sine feb. Cap. clvij.

QUādo accidit hoc horripilatio postq̄ nō calefit corp⁹: tūc icipe mūdificare egrū ex stāte: et da ei medicinas fortes ad puocandū vrinā et miora cibum et potū ei⁹ et fac eū sudare in balneo et p̄cipe vt moueatur et laboret. ¶ De febre ex pestilētia. Cap. clviij.

ESt quiete calitatis cū tangit. verūtñ anhelit⁹ cū ea fetidus et frequēs: et adherēt ei tristitia et sitis et vomit⁹: cū ergo videris nauseam frequentē cū febre tepida: tūc scias q3 ipa est febris pestilētialis: et pprie qñ cōicat et multiplicat: et sunt pestilētie manifeste i aere circūdāte eos ex eis q̄ dicem⁹: stude ḡ tota intētiōe in cofortādo cor istorum et tēperādo aerē cōtinentē eos. et adhibe eis bñ redolētia: et itromitte eos i domos odoriferas mūdas: et sterne eas plātis bñ redolētib⁹ et aspectu viridib⁹ et suffumiga eas cū sandal' et cāphora: et aspge eas aq̄ ros. et ace

to:et asperge ex eis super frustū luti antiqui:aut super lateres domorꝫ si sunt antiqui veteres.et pone supꝫ tpa aquā ro.et camphorā.ꝛ sandal'.cum pāno mūdo in eis infuso.et fac eos odorare res odoriferas sempꝫ.et da ei ī potu aquā fri.veri frigoris valde:et rob granati acetosi ꝛ rob agreste:et acetositatē citri:ꝛ lac acetosum:et aquā mixtā cum aceto qñ nō presto est aliud:ꝛ ciba eos pullis assatis:et vitello ouorꝫ:et da eis in potu vinum albū boni odoris odoriferū cui admixtū sit quantū est quicuplū ei⁹ aque dulcis.

¶ De variolis et morbilis. Cap.clix.

SIgna gñationis variolarꝫ sunt feb.acute caliditatis cōclusa:et vehemētia doloris dorsi:ꝛ pruritus nasi et timor in somno.¶ Si autē febris est vehementioris caliditatis et angustia est maior:tunc portēdit morbillus. ¶ Et cura variolarū cū' incipiunt signa est flobotomia.sed postea nō:sed attēde.et si fuerit eger bon⁹ in paruipendēda egritudine ꝛ nō habuerit angustiā vehemētem et variole iam inceperint exire.tunc rege eum eis que festinare faciunt exitum variolarū:et non des ei potu aliquid frigidū cum frigiditate plurima:vt nō stet exitus variolarum et supueniat ei tarditas et difficultas. ¶ Si aūt videris variolas pigri exitus:tunc da ei decoctionē ficuū cum iurgis lacce ꝛ aliquātulū croci vt festinare faciat exitus illarꝫ.¶ Cum ergo exierint oēs:tūc adiuua eas ad maturandū cum regimine ꝛ vaporatione cum vapore aque:si nō ceperint ꝓuenire ad maturationē ꝛ rege eos regimine habentiū apata calida tribuēdo in potu aquā ordei:ꝛ alia ꝭm quātitatē vehemētie calīditatis:ꝛ nō multū intēdas ad soluendū naturā:ꝛ precipue in morbillo et in fine rei sue. Nā nō forsitā saluabit habēs ipm a ventre in fine rei sue. et qñ tu facis vaporē et maturas:tunc adiuua ad exiccandum eas cum suffumigatiōe foliorꝫ mirti ꝛ foliorꝫ ro.ꝛ fumo tamarisci ꝛ decoq̄ ista ꝛ ablue eas cū aquis eorꝫ si tardatur earꝫ exiccatio.¶ Cū ergo exiccant.si remanet in eis aliq̄d difficilis exiccatiōis:degutta desupꝫ aquā ꝛ salem:et cū cōfirmat earꝫ exiccatio:ꝛ cōplet:tunc degutta desuper oleū tepidū multotiēs donec cadāt cruste oēs ¶ Et incipe quando apparent variole ꝛ signa eius ꝛ distilla in oculos

aquã ro. in qua infusum sit aliq̃d sumach: ⁊ semiñ. rubei et qñ in albedine oculi accidit locus rube⁹ ⁊ pruritus. aut albus in nigredĩe ei⁹. ⁊ si nõ accidit istud: ⁊ videris variolas paucas: tũc indigebis hoc. ¶ Qđ si inueneris prurit⁹ qui est in oc͡lo nõ sedari ꝑ illđ: imo reddit̃ fortior q̃ꝫ fuit. tũc distilla in eũ ex almuri ⁊ sale ⁊ vapora ip̃ꝫ vapore aq̃ calide. ¶ Morbillus autem est maioris timoris q̃ꝫ variole nisi in oculo. Intẽde ergo ĩ illo cũ eis q̃ educũt colerã cũ facilitate absq̃ꝫ calefactiõe sicut aqua prunoꝝ ⁊ granati contriti cum suis interiorib⁹ cum zuccaro ⁊ aqua ordei ⁊ aqua melonis indi ⁊ citroli: ⁊ cucurbite ⁊ mucillagine psilij. ¶ Si autẽ inueneris infirmo post hãc medicinã aduenire tristitiam ⁊ angustiã ⁊ fortasse cooperiet eũ sincopis: tũc fac eũ sorbere aquã frigidã: ⁊ fac eam sedere in ea parũ: et frica corpus eius ⁊ cooperi eũ donec sedet̃ qđ in ipso est: ⁊ egrediatur morbillus ad exteriora corpis: deinde redi cũ exierit ad extinguendũ et serua naturã in fine rei: vt nõ fit causa ad solutionẽ nequissimã: et si inueneris in infirmo resudationẽ sanguinis ex locis morbilli: fac eũ sedere in aquã frigida. ¶ Et scias q̃ꝫ est morbillus malus ⁊ rube⁹ ⁊ violaceus hui⁹ egritudinis est malus ⁊ ꝑnitiosus: ⁊ variole citrine dure ꝓpinque inuolute multe ⁊ rubee vehemẽtis rubedinis ⁊ violacee: ⁊ ille q̃ ambulãt vt formica. ⁊ q̃ faciũt superficiẽ corporis sicut spasmata oẽs male sunt ⁊ mortales et oportet etiã vt cum senseris variolas vt precipias egro gargarizare cum aqua ro. etiã vt minoretur qđ egredit̃ in gutture suo: ⁊ effunde in aurem eius sief memithe cũ aceto et aqua vt minoretur qđ egreditur in aure ei⁹. ⁊ fac ip̃m in naribus surgere oleũ mirtinũ: vt minoretur qđ egredit̃ ex eis in naso: nam cum hoc feceris qui scit ex lesione magna. ¶ Et si conqueritur de punctura in plantis pedum ⁊ manuũ assiduet ⁊ positionẽ eoꝝ in aqua calida: ⁊ nõ cibes eum in his duabus egritudinibus pullis: donec cadãt cortices: et recedat sitis ⁊ malitia anhelitus. postq̃ꝫ ergo ceciderint cortices: tunc assiduatio balnei ⁊ regimen impinguatiuũ corporis implebũt foramina eaꝝ: ⁊ medicine que eradicant pannũ delent vestigia earum.

¶ Explicit libri diuisionum practica.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

Finis tabule.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Abubetri filij zacharie: filij arazi libri diuisionum antidotariū in quo ponūtur ad vnāquāq3 egritudinem medicine appropriate ꝯm diuisionem earum.

¶ Uerba abubetri filij zacharie arazi.



Dixi in hoc meo libro medicinas quarū necessitas est inseparabilis: et posui illas que ex eis sunt preclare ꝛ electe: et ꝓieci totū in quo erat superfluitas et dilatatio: ꝛ fui contentus eo tātum quod medico est necessarium: ꝛ declaraui illud et abbreuiaui: et posui illud per capitula.

¶ Uerba abubetri.



Iam quidem perueniemus ad expositionem resolutionis egritudinū que sunt a summitate capitis vsq3 ad pedes et reliquarū egritudinū: ꝛ eaꝝ quibus indiget medicus in libro nostro magno in arte medicine qui interp̄tatur alaugui: et in libro nr̄o qui est minor isto libro: et fui content⁹ in eo ꝯm tertiū qui est almāsor quē posui.x.tractatus: et feci ipsum regi almansori dn̄o corasceni: a cuius nomīe nominati librū: et in libro nr̄o edito de ꝟtutibus quē feci ad hely: et in libro atybal muluchi quē feci ad hely dominū trabestem: ꝛ in lib.poloꝝ qui est liber maior quē ego ꝯposui propter amplā expositionē quā ego explanaui in arte medicine: et ad iuuamentū naturaꝝ et quē didici de sciētijs philosophie exceptis his q̄ dicem⁹ ex libris nostris cū ipsi euigilent inquisitorē ad locū vtilitatis: quāuis intētio nō sit cōprehensa: qm̄ defectus ꝓhibet a ꝯprehensione: iam igitur in nr̄o libro isto diximus q̄ in ipso intendimus de oībus medicinis quarū rememorationē premisimus in eis que precesserunt de nominatione capitulorum et intentione eorum quacunq3 medicinarum non dixit in hoc libro nostro: queratur in antidotario hu-maim.al'.Joanutij filij ysaac et illic inuenietur.

¶ Medicine tincture capillorum. Cap.i.

Confectio tincture denigrātis capillos.℞.gall'.rosarū rubearū.librā ꝛ inūgantur oleo et fricātur in frixorio donec scindant ꝛ calcecaumenon: alumi-

nis:dragãti.ana.ʒ.xv. Salis gemme.ʒ.vij.conterant sicut alcohol:conficiant in aqua calida: et humectentur tribus horis et tingantur cum eis et dimittantur tribus horis ligati:et innoluti folijs sicle:deinde leuentur in mane.

¶ Alia litargiri:calis nõ extiĉte.añ.pars.i.crete ptes.ij.cõficiant cũ aq̃ ⁊ tingant cũ eis.⁊ dimittant quattuor hor.

¶ Cõfec.tincture dealbãtis capillos:sterc⁹ yrũdinis:enula sicca:mes: semẽ rafani:nefrin:sulfur:cortic̃.radicis capparis aggregẽtur cũ felle vaccino et aceto vini:vngat cũ eis: postq̃ suffumigatio fit cũ sulfure:⁊ iteret illð mltotiẽs. Si albificent assiduetur eorum inunctio cũ oleo sambucino.

¶ Ad faciẽdũ capillos flauos. ℞.lupino℞.myrrhe.añ.ʒ.x. stafisagrie:fecis vini al.añ.ʒ.iij.aggrega cũ aq̃ in qua infusus est cinis ligni vitis ⁊ line cũ eis in nocte ⁊ fient flaui.

¶ Ad crispandum capillos: farina fenugreci:se.iusquiami contritum:galle:sidra:calix: litargirũ et liniatur cum eis.

¶ Medicamen faciẽs nasci capillos vbi volueris. ℞.cineris abrota.ℨ.x.vẽtris cantaridũ.ʒ.ij.laudani.ʒ.iij.auellane cõbuste.ʒ.ij.terant cũ oleo veteri ⁊ aromatizẽtur cũ aliquãtulo gallie:et fricetur locus et inũgatur cum eis omni nocte et abluatur cum euigilat:et quando incipit vesicari:dimittatur vna die:deinde iteretur donec nascantur.

¶ Confectio medicaminis corrũpantis pilos et subtiliãtis eos:sumãtur oua formicarũ:se.iusquiami:alumen:psilium: opiũ liniatur post deopilationẽ cum aceto sublimato,⁊ assiduetur:quoniã subtiliat eos adeo vt non nascantur.

¶ Confectio medicaminis ꝓhibẽtis capillos cadere.⁊ prohibẽtis initiũ caluitie:gallie mirabola.nig.folia mirti decoquãtur in vino:donec dissoluant:postea in vna libra olei onfacini ꝓijciatur.ℨ.i.laudani:⁊.ℨ.i.masticis et decoquat illud vinũ postq̃ colatũ est donec inspicet paulatim:deinde proijciat super oleũ aque põdus sui:⁊ decoquat donec cõsumatur aqua:⁊ remaneat oleum ⁊ ingrosset:deinde liniatur cum eo in nocte:⁊ lauetur in die cum decoctione mirti.

¶ Medicamen ad caluitiũ in non suo tempore:laudani.ℨ.i.euforbij: gumme rute agrestis.añ.quarta.ℨ.i.mirte.ℨ.ß. storacis liquide quartã.ℨ.i.⁊ quãtũ est totũ bis ceroti cõfecti cum oleo de keiri:⁊ liniatur cum eo:⁊ abluatur in die.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Confectio medicaminis ad capillos cadentes confortantis eos et prohibētis a casu suo. ℞. laudani. ℥. iij. gallarum myrrhe: et masticis: thuris. añ. ʒ. i. cordumeni. ʒ. ij. dissoluantur cum oleo ros. et liniantur cum eis radices capillorum: est enim mirabiliter constringens et retinens.

¶ Medicine ad alopitiā. Cap. ij.

Spume maris. ʒ. x. baurac: zedarac: sulfuris gūme rute agrestis: euforbij. añ. ℥. ij. stafisagrie: et cantaridum. ana. ʒ. i. terantur oīa: deinde fricetur caput cum cepe donec rubeat. et qñ mordicat inungatur cū adipe vrsi et liniatur cū oleo antiquo et liniatur cū hoc medicamine duabus vicibus aut tribus cū vino veteri post fricationem cū cepe donec rubeat: et qñ mordicat inungatur cum adipe vrsi: deinde iteretur. ¶ Medicine ad furfures. Cap. iij.

Confectio medicaminis ad furfures fortis farine ciceris. ʒ. c. farine fenugr. baurac: panis et furfuris eius nitri contriti: sinapis. añ. ʒ. xv. altee. ʒ. x. conquassentur cū aceto vini pauco: et aq̄ et fricetur cū eis caput bñ et lauetur oī hebdomada semel: et assiduet inunctionē cum oleis: et abrasionē et balneum.

¶ Medicine ad sahafati. Cap. iiij.

Epithima ad sahafati recentē et in corpibus teneris: alcanna: arist. litarg. cortex granati: terantur et cribrentur et liniantur cū aceto vini et oleo ros.

¶ Cōfectio epithimatis ad sahafati antiquā: sal et atramentū adusta: sulfur terra argenti viui: galle vene: litargirū aristo. teratur totum et administretur sicut primum.

¶ Medicine ad scabiem humidam. Cap. v.

Epithima ad scabiē humidā argentū viuū extinctū: climia argēti sulphur albū: folia oleādri ꝯdisti calidi: litargirū misceantur cū aceto vini et pauca aq̄ et oleo ro. plurimo et dormiat sup ipsum et ingrediatur balneū et lauetur cū vsnem viridi: deīde inungatur cū oleo ro. postq̄ effunditur sup ipsum aqua calida: deinde frigida plurima.

¶ Medicine ad scabiem siccam. Capi. vi.

Confectio epithimatis boni ad scabiem siccā: floris eris attramenti. añ. terantur et cribellētur: et terantur cū aceto bene: et ponantur in vrceolo vitreato

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

⁊ dimittantur in stercore.lx.diebus: extrahatur et teratur bene et administretur ex eo quantitas.ʒ.ij. et liniatur cum aceto forti commixto.
¶ Confectio epithimatis ad scabiē siccam et pruritus: baurac: venarum: salis: myrrhe: costi dulcis: condisi.añ.ʒ.ij.storacis liquide.ʒ.i.liniatur ex eo cum oleo rosato.corpus totum et dimittatur tribus horis: deinde abluatur.
¶ Cōfec.pill'.ad scabiē q̄ sumunt̄ oi hebdomada semel aut bis: mirab.citri.ʒ.xxx.aloes.ʒ.xv.scamo.ʒ.v.q̄rū dos̄.ʒ.iij.
¶ Modus ꝯfectiōis alkesines ad scabiē ⁊ ad sahafati: ⁊ est trifera: mirab.citri.ʒ.x.sene fumi terre.añ.ʒ.xxx.kesisnes quantum aggreget ea et bibatur ex ea omni die quantum est nux mane et sero.

¶ Medicine ad morpheam albam Cap̄.vij.

Epithima ad morpheam albam tassia ⁊ rubea se. rafani condisi: sinap̄.terantur cum aceto forti et liniatur in sole.

¶ Baras. Capitulum.viij.

Confectio epithimatis ad baras: tassie blitis stafisagrie: ventris cantaridum ana liniatur cum decoctione rubee facta ex aceto vini.

¶ Medicīe ad morpheā nigrā ad pānū ⁊ lētigies. Cap̄.ix.

Epithima farine lupinoruꝫ.ʒ.x.se.rafani se.eruce: costi.amig.amare.sal'. armoniaci pipis.ana.ʒ.ij. armoniaci.ʒ.ij.⁊.f.dissoluat̄ armoniacū cū adipe ⁊ cōiūgat̄ cū eo ⁊ fiāt ex eis forme auellanaꝝ ⁊ dissoluatur cum necesse est: ⁊ liniat̄ cū aqua acedarach in nocte bn̄ epithimando ⁊ abluat̄ in mane cū aqua se.melo.⁊ furfuris: et violarū sicca.⁊ vaporet̄ locus anteq̄ epithimet̄ cum aqua ca.⁊ inclinet̄ super ea donec rubeat: ⁊ fit post balneum.
¶ Cōfec.epithimatis alterius ad pannum ꝓpriū expertuꝫ: liniat̄ cū sarcocolla dissoluta cū aqua aut felle vaccino.

¶ Medine ad impetiginem. Cap̄.x.

Confectio epithimatis ad impetiginē siccā in vltimo siccitatis: oleū de crisomilis.ʒ.ij.in quo dissoluatur bdelliij ⁊ picis.ana.ʒ.iij.moueat̄ cū aqua in mortario: donec sit sicut vnguentū ⁊ annectatur loco.
¶ Medicine ad sanguinē mortuū ex ꝑcussiōe ⁊ alijs. Ca.xi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

ARsenici rubei:lapidis alkahal.ana thuris quarta partis.i.fiant inde colliria: et liniantur cum necesse est:cum aqua coriandri.

¶ Medicine q̄ delent vestigia variolarū ꝛ vlcerꝫ. Cap.xij.

LItargirum conditū:radices canne sicce:farina ciceris:ossa vetusta:farina rizi maturi:grana alben:costus aggregentur et terantur et liniantur cum eis in nocte:et abluatur cum eis in die in balneo.

¶ Medicine ad clarificandū faciem. Cap.xiij.

COnfectio gumere clarificātis faciē.amigdal̄.dulciū draga.farine ciceris ꝛ fabarū cōficiat̄ cū aqua ord.ꝛ liniat̄ in nocte abluat̄ in mane cū aqua furfuris. ¶ Gumera clarificās faciē ꝛ rubificās eā experta:crocus:rubea:thus:myrrha mastix.ana.aggregent̄ cum aqua bulbiꝫ ꝛ liniant̄:ꝛ fiāt colliria:ꝛ liniātur cū aqua:ꝛ dimittatur.iij.horis:deīde lauētur cū aqua calida: ꝛ multū vtatur in mane cicer̄.ꝛ aqua ciceris etiam:et sumant pondus.ʒ.ij. pulueris yso.ꝛtertia.ʒ.i.de croco aliquot diebus.

¶ Cōfec.gumere rubificāt̄ faciē.Sinap̄.albā.ꝛ arsenic̄.ru. cōterant̄ sil̄ cū lacte ꝛ fiat faciei gumera cū eis.vij.diebus.

¶ Medicine ad melancoliam lepram et egritudines melancolicas. Cap.xiiij.

COnfectio pill̄.valētiū ad leprā ꝛ meliam ꝛ egritudines meli̇cas experta.℞.epithimi.ʒ.x.pulpe colloquint.centauree.ʒ.v.yerep̄.aga.salis idi.ana.ʒ.v.elli̇.ni. ʒ.iij.et tertiā:sticados.ʒ.vij.polipodij.ʒ.x.dosis eius.ʒ.iiij.

¶ Confectio pill̄.educentiū meli̇am conferentiū egritudinibus melancolie ꝛ timoris.℞.epithimi.ʒ.xx.elli̇.ni.ʒ.v.magnetis.ʒ.iij.salis indi.ʒ.v.sticados.ʒ.vij.dosis.ʒ.iij.

¶ Decoctio epithimi educētis meli̇am bona melie ꝛ ipetigini scabiei ꝛ morphee.ni.℞.mirab.nig.ʒ.x.polipo.ʒ.v.sene.ʒ.vij.turbith.ʒ.quattuor.passularꝫ enucleatarꝫ.ʒ.vij.herbe eupa⁹.ʒ.v.sticados:epithimi ana.ʒ.x.decoquant̄ omnia preter epithimū: donec dissoluant̄:deinde ꝓijciatur super ea epithimū ꝛ compleatur decoctio eius ꝛ coler̄ ꝛ sumatur ex ea in potu:post pill̄.quarum rememoratio precessit:aut cum agarico ꝛ aloe et sale indo et elleboro nigro.

¶ Cōfec.medicaminis ad illum cui aduenit epili̇a et com=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

motio cerebri. ℞.sticad.ʒ.x.aga.ʒ.ij.⁊.ß.sisele.ʒ.iij.vio.siccarum.ʒ.v.conficiantur cum kesmes et comedatur tantum quãtum sunt.ij.nuces aut tres.

¶ Medicine ad mel'iam ⁊ timorem. Cap̃.xv.

Mirabola.ʒ.xx.kesmes ĩmaturi:scesabrã marui albi.añ.ʒ.v.epithimi.ʒ.xv.sticad.ʒ.x.aga.ʒ.v. ell'ini.ʒ.v.gario.ʒ.ij.melisse.ʒ.iij. feleimisch.ʒ.v.cortic.citri.lingue bouine.ana.tãtundẽ:nucis musc.gallic.añ.ʒ.i.aggregent᷑ post cõtinuationẽ cum kesmes ⁊ melle.

¶ Modus cõfictiõis letificantis ad timorẽ et tristitiam et impinguat ⁊ facit colorẽ bonũ et odoriferũ oris et sudoris odorem et cõfert pulsui cordis:et si assiduetur letificat animam:ita vt extrahat eam ad egritudinẽ sil'em haronati ex multitudine risus ⁊ bonitate aĩe:cuius cõmixtio.℞.rosaꝝ rubearũ.ʒ.vi.ciperi.ʒ.v.gario.masti. spice:asari.ana.ʒ.iij.cinamo.croci.ana.ʒ.ij.macis cardamo.heil nucis musc.añ ʒ.i.terantur et optime misceant᷑ et decoquat᷑ libra emblicorum cum lib.vij.aque donec remaneat tertia:deinde coletur ⁊ proijciatur super ipsam lib.mell'.⁊ decoquatur donec inspisset᷑ et pulverizet᷑ desuper cõmixto:⁊ moueat᷑ cum ligno salicis:aut ligno citri lato:donec ꝑmisceat᷑ et sumat᷑ sicut sumitur trifera:et ponatur in ipsa sexta.ʒ.i.de musco:quoniã est magna cõueniẽs:quidam vero homines ponunt in ea berengesemisch et mellisse et margaritarũ:et folij.indi.ana.ʒ.ij.et in descriptiõe alia macis gario.nucis musc.ana.ʒ.ij.et non sumatur nisi in hyeme.

¶ Facientia subeth et somnum. Cap̃.xvi.

Seminis aneti.ʒ.ij.croci:myrrhe.ana.tertia.ʒ.i.iusquiami sexta.ʒ.i.mandragore kerat.i.opij.℥gra.ij.⁊.ß.aggregentur cum mucilla.fenug. ¶ Confectio somnifera.℞.se.lactu.corticis papaueris:fabarum excorticatarum:se.portulace:kekengi.ana.ʒ.ij.opij.gr.ij.⁊.ß.aggregentur cum mucil.psilij.⁊ est doß.i.

¶ Medicine ad dolorem capitis. Cap̃.xvij.

Confectio yere magne in loco pillulaꝝ cochiarum conferentis ad dolorem capitis et epileptiam et vertiginem capitis ex repletione et tenebrositate visus ex humiditate ⁊ initiuz aque:cuius commixtio.℞.

yerepigre.ʒ.x.pulpe colloquintide.ʒ.iij.et tertiam.scamo. ʒ.ij.ꝛ.ß.turbith:sticados.ana.ʒ.v.et est dosis.x.

¶ Confectio embroce ad dolorem capitis cal.ꝛ vigilias et birsen vio.sic ordeum excorticatum sem̄ cucurbite:se.lini. psilium contritum : cortices papaueris semen altee :semen lactuce:semen portulace : rosa.decoquantur donec dissoluantur:et rubea fiat aqua ꝛ fiat embroca cum ea.

¶ Cōfectio embroce ad dolorē capitis frigidū ꝛ vētositatē grossam in capite:camomilla:sceha:sisimbriū sansucus:be rengesif.origanū:ordeū:folia lauri fiat vt proxime supra.

¶ Confectio epithimatis ad dolorem capitis frigidum et emigraneam ex ventositate grossa:et dolorem auris frigidum.℞.castor.euforbij.opij.storacis liquide.piperis foliorum rute.calamēti:sinapis.ana.fiant trocisci.ꝛ embrocentur : et dissoluantur in oleo : et sit oleum costinum aut nardinum et dissoluatur cum aliquo de illis et distillentur in aurem que est in latere doloris.

¶ Confectio epithimitatis ad emigraneam et dol.capitis calidum.℞.se.iusquia.se.lactuce.sief.memithe ros.sandal. saufel.radic̄ mandragore:opiū fiant ex eis colliria et distilletur ex eo in aurem cū oleo rosato et aceto vini pauco.

¶ Confectio caputpurgij ad dol.capitis et emigraneam calidam ad dolorez aurium cum caliditate et pulsatione.℞. opij camphore .ana.fiant inde colliria similia lenti et dissoluatur.i.aut.ij.in oleo vio.ꝛ.distilletur in aurem ꝛ nasum et est bonum expertū. ¶ Caputpurgiū ad dol.capitis ffm: fiant collīa ex euforb.ꝛ castor.ān.et dissoluātur cū oleo ro. in quo decoctus est costus et distilletur ex eo in nasum.

¶ Medicine ad tremorem. Cap̄.xviij.

Confectio pillularum conferentium tremori.proprie mirabil̄r.℞.piretri : casto.cassie:ana.ʒ.iij.serapini:pulpe : colloquin.ana.ʒ.iiij.yerep̄.ʒ.i.et.ß.

¶ Modus confectionis ad tremorē.℞.mirab.nigr.ʒ.xxx. sauine.ʒ.x.thuris.ʒ.vij.ciperi : acori.ana.ʒ.v.et ponantur loco sauine et erit magis vltima et melior.

¶ Confec.trocisco.sedantiū sitim ꝛ faciētiū subeth ꝛ detrahunt alienationē ꝛ feb.ꝛ dolorē capitis.℞.se.lactu.se.papa.se.cucur.excorticate : se.portu.ana.ʒ.x.succi liq.simili.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

drag.opij.añ.ʒ.iij.terant et cõficiant cũ mucil.psilij:et fiãt ex eis trocisci.xx.dos.est trociscus.i. ⁊ isti quidẽ magis necessarij sunt patientibꝰ vigilans et alienationẽ:⁊ qñ fit fortior et superflua detur in potu aq̃ coriandri humidi : aut cũ aqua lactu.aut citruli: aut cucurbite ⁊ similia.

¶ Medicine ad torturam. Caplm.xix.

Confectio caputpurgij ad torturã et paralisim : et dolorẽ capitꝭ:et egritudies flegmaticas.℞.casto. ʒ.i.condisi pipis:ciclaminis gilbenee : pulpe colloquinti. baurac.ru.eufor.fellis bouini exiccati.ã.ʒ.iij.fiãt colliria. et fiat ex eis caputpurg.cũ auricula murꝭ:aut aq̃ sansuci.

¶ Confect.pillularum fetidarũ maiorꝝ:que dantur in potu ad paralisim ⁊ torturã ⁊ podagram frigidã:⁊ anteq̃ icidũt humorẽ grossum iuncturaꝝ: ⁊ stant loco maioris yere:q̃rũ commixtio.℞.yerap̃.ʒ.x.pulpe coll.ʒ.v.cebrã.ʒ.i.centauree minoris plãtaginis.añ.ʒ.v.eufor.ʒ.ij.⁊.ß.casto.ʒʒ. asse fetide serapini:opponacis:tapsie inde:sinap̃.piperis. ana. ʒ.i.dissoluatur serapinũ et assa fetida cũ aqua rute ex quibus cõficiantur medicine:et fiant inde pillule que erũt. x. doses.dos.ʒ.iij.et tertia.

¶ Medicine ad paralisim. Cap̃.xx.

Confectio anacardi que est tyriaca paralisis ⁊ torture et appoplexie:et hec q̃dẽ medicina sanat corpus statim:⁊ sudare facit: opꝫ itaq̃ʒ vt cooperiat vt sudet.cuius cõmixtio.℞.ʒinʒi.piretri:nigel.costi.pipis macropiperis : acori.añ.ʒ.x.myrrhe:folioꝝ ruthe:asse:gẽtiane:aristo.baccaꝝ lauri:castor.tapsie.sina.añ.ʒ.v.mellis anacardi.ʒ.v. et tertia inuoluatur cũ oleo de nucibꝰ et cõficiat cũ melle:et detur sicut nabaca et ipsum q̃deʒ stat loco alpheresefin in oĩbus egritudinibus fratris:et inflammat corpus statim et attrahit feb.bonũ spasmo humido: ⁊ grauedini lingue qñ fricatur cũ eo:et destructioni sensus mẽbroꝝ:qñ cũ eo emplatur et fricat: et est magne bonitatis.

¶ Confectio anacardi minoris ad morpheã et baras et canitiẽ ⁊ obliuionem.℞.mirab.ni.belliricorũ emblicorum. añ.ʒ.xxx.olibani ysopi.ʒiʒi.piperis .mell. anacardi.añ.ʒ. v.mellis apum:quo cõficiatur:dosis eius vt primi: et qñq̃ʒ adduntur in ipso acori ciperi:spice.ana.ʒ.v.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Medicine ad epliam. Capitulum.xx.

Confectio ad epliam valde bona. ℞. piretri: siseleos: qđ est aniudē romanū stica. aā.ʒ.x. aga.ʒ.v. cordumeni recētis: asse bone aristo.ro.afodili: radicum liquiri.carpobalsami ligni peonie.aā.ʒ.ij. ꝛ exprimatur aqua squille ꝛ fundatur super tm̄ mel.q̄tū ipa est: ꝛ cum eo coquat ꝛ cōficiant inde medicine est eñ bona vltima: et cōfert ei iuuamentū vltimū yere hermetis: ꝛ anacardinū minus. ꝛ yerap.cum eo assidue vtitur ꝭm quātitatem virtutis et etatis ꝛ tpis. ¶ Medicine ad corizam. Ca.xxij.

Confectio formarū similiū auellanis ad corizam ℞.thuris: storac.liquir.costi sandarace.aā. fiant inde p̄dicte forme ꝛ suffumigentur ex vna earum in traiectorio: quia abscindit fluxum nasi statim.

¶ Medicine ad apostema flāmaticum. Ca.xxiij.

Epithima. ℞.ciperū alumen farina ordei: lentes frixas: liniant cū aqua granatoꝝ ꝛ aceto ꝛ ligeꝛ

Medicīe ad serpētes.i.lūbricos lōgos. Ca.xxiiij.

Confectio medicaminis ad lūbricos: citri excortica, sirasch turbith se.nil.partes equales lupinoꝝ pars.i.cambil.pars.ß.et bibat ante ipsum lac caprinū.iij. diebus in mane et fatigetur in quarto die post bibat parum lactis: deinde incipiat bibere hoc medicamen dissolutum cum aceto cōmixto cum lacte quantitate ʒ.vi.et bibatur cum est magna fames.

¶ Medicine ad scissuram arteriarum. Capm̄.xxv.

Confectio medicamīs: flos eris ꝛ albugo oui ponantur desuper: quia retinent sanguinem. Alias ciminum: et calx viua ponatur super ea.

¶ Medicine ad vesicas. Cap̄.xxvi.

Confectio medicaminis: cerusa plūbi vsti: cathimia argenti: litargirum bolum ar. et cāpho.aggregentur cum mucillagine psilij.

¶ Medicine ad adustionem ignis. Cap̄.xxvij.

Cerusa et aqua solatri et aqua atarascō: super que pulverizetur cāphora ꝛ opium: ꝛ sit in eis parum olei ro.et liniantur ꝭm dies aliquot.

¶ Medicīe ꝯsolidātes vlcera: ꝛ faciūt nasci carnē.c.xxviij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

Litargirum tritum imbibatur pauco ace. et oleo et terātur ita vt coequātur et administretur.

¶ Medicine oculorum. Capm. xxix.

Confectio colliriȷ al. ℞. ceruse plumbi ablute. ʒ. x. sarcocolle grosse. ʒ. iiȷ. amili. ʒ. iȷ. draga. ʒ. i. opiȷ ʒ. ß. fiant colliria. et administrentur.

¶ Cōfectio colliriȷ rubei lenis floris eris: qđ fit in minera eris. ʒ. iiȷ. colborat adusti. ʒ. iiȷ. eris vsti. ʒ. iȷ. myrrhe. ʒʒ. añ. ʒ. i. piperis. ʒ. ß. fiant ex eis colliria cum vino bono.

¶ Fistula in lachrymali oculi: cura est cauteriū: qꝫ si nō fit cauteriū fac hoc medicamen: aloes: sarcocolle: sang. drac. myrrhe: thuris. ana. ʒ. v. climie argēti. ʒ. x. balaustie. boli ar. ana. ʒ. v. floris eris. ʒ. i. et. ß. terantur et humectetur locus saliua: et puluerizetur desuper.

¶ Confectio colliriȷ viridis de flore eris ad scabiē et sebel: et albuginē ad tenebrositatē et ad vngulā. ℞. floris eris. ʒ. iiȷ. colcotar rub. adusti. ʒ. vi. arsenici rubei. ʒ. i. baurac spuma maris. añ. ʒ. i. salis armoniaci. ʒ. ß. armoniaci myrrhe. ʒ. i. resoluatur armoniacū cum aqua rute: et fiant colliria.

¶ Confectio colliriȷ facientis ad libar nasi: carnem faciētis in vlceribus oculi et prohibens almusaragi et subtiliās bothor. ℞. climie ablute ceruse tuthie: alcohol olibāi. añ. ʒ. i. opiȷ tantūdem fiant inde colliria: et est bonum ad vlcera et almusaragi: et exiccat ea: et facit nasci carnem et non remanent eis vestigia.

¶ Confectio colliriȷ de thure maturans vlcera. ℞. thuris ʒ. x. armoniaci: sarcocolle. ana. ʒ. v. croci. ʒ. iȷ. fiant inde colliria cum mucillagine fenugreci.

¶ Cōfectio colliriȷ ad albuginē. ℞. massacume. ʒ. x. spume maris. ʒ. iiiȷ. floris eris. ʒ. i. et. ß. baurac: serapini: armoniaci. ana. ʒ. i. fiant colliria cum decoctione acori et fricentur in eo: et fiat alcohol: deinde puluerizetur iste puluis.

¶ Confectio pulueris ad albuginem. ℞. massacume. ʒ. iȷ. spume mariȷ: baurac zuccari: albosir. ā. ʒ. i. pl'uerizeť cū eo.

¶ Confectio mirabilis pulueris alb. ad obtalmiam calidam et dol'. super sarcocollaȝ grossam fundatur lac et exiccetur in sole: et terantur ad omnes. ʒ. x. ex ea. ʒ. iiȷ. amili. ʒ. i. et. ß. opiȷ. et. ß. camphore et est conueniens ad vehemen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

tiam doloris et caloris.
¶ Confectio pulueris magis abscindens lippitudinē: ꝛ est bonus quādo non fuerit sanies multa. ℞. sarcocolle. ʒ. x. spume maris. ʒ. i. zuccari. ʒ. iij. terantur et aggregentur.
¶ Cōfectio pl'ueris citrini fortis q̄ admīstret in fine obtalmie. ℞. sarcocolle. ʒ. x. sief memithe. ʒ. iij. litij. aloes. an̄. ʒ. ij. croci. ʒ. i. ꝛ. ß. spume maris. ʒ. ß. aggregentur et terātur.
¶ Confe. iefram. i. iesirim ꝯseruās almusargi ꝛ faciēs nasci carnē. ℞. antimonij. ʒ. x. floris eris de minera tantūdē acatie. ʒ. iij. sang. dra. aloes. an̄. ʒ. i. terantur ꝛ admīstrent.
¶ Confe. collirij de fellibus ad pannū ꝛ ad inceptionē aq̄ ꝛ dilationē pupille: qđ est bonū ꝛ exptū exiccet fel yrci in vase eneo: de quo sumātur. ʒ. x. collodn. interioris. ʒ. i. et. ß. serapini. ʒ. ij. euforbium tantūdem: fiant ex eis colliria cū aqua ruthe: aut aqua feniculi: et fiat alcohol cum eo.
¶ Confe. alcohol faciētis nasci palpebras. ℞. dactilorum adustorum. ʒ. v. fumi thuris. ʒ. iiij. carpobalsami. ʒ. iij. spice inde. ʒ. i. azuli. ʒ. x. fiat alcohol: ꝛ trāseat sup palpebras.
¶ Cōfe. collirij ad garab in ocl'o qđ distillet ī eo. ℞. aloes thuris. an̄. ʒ. i. sarcocolle. balaustie: san. dra. antimonij: aluminis. ana. ʒ. ß. floris eris quartā. ʒ. fiāt ex eis colliria ꝛ distillent in oculū in ipso lachrymali ꝛ post expressionē eiꝰ.
¶ Cōfectio collirij de mirrha ad punctū sanguis. ℞. croci thuris: myrrhe: armoniaci. an̄. ʒ. i. arsenici rub. ʒ. ß. fiāt colliria ꝛ distillentur in oculū cum aqua coriandri humidi.
¶ Confec. collirij de calcanto ad vngulā. ℞. calcecaumenō. ʒ. v. floris eris. ʒ. ij. calcāti salis armoniaci: baurac. arsenici rubei. an̄. ʒ. i. terantur ꝛ conficiantur: et dimittātur donec fiant vt flos eris: et fiant inde colliria: ꝛ administrētur sitq; arsenicum eius sublimatū: fricetur cum eū vngula: deinde puluerizetur cum radice liquiritie.
¶ Confectio collirij ad madicō ad venas rubeas que sunt in oculo ex obtalmia antiqua et sebel ꝛ vngula ꝛ alijs. ℞. vzifur: calcecaumenō: arsenicū rubeum: zuccarū tabarzet. an̄. ʒ. i. myrrhe: croci: vcnarū. an̄. quartā. ʒ. armoniaci: thuris. ana. ʒ. i. fiant inde colliria et administrentur.
¶ Confectio alcohol cōseruātis sanitatē oculi tuthic. ʒ. x. sief memithe. ʒ. iij. aloes litij. ana. ʒ. i. cāphore sextā. ʒ. i. te-

rantur cum aqua agreste:aut cum aqua sumach:et exiccẽtur et administrentur.

¶ Confectio alcohol ad lachrymas tuthie.ʒ.x:coralli:mirabola. fricatorum:aloes. ana.ʒ.ij.piperis.ʒ.ß.macro piperis.ʒ.ij.fiat alcohol et administretur.

¶ Confectio alcohol acuentis visum.℞.tuthiã nutritam cum aqua sansuci tribus vicibꝰ:qđ fit hoc mõ. ponderent de ea.ʒ.x.⁊ cõdiant postq̃ perueniũt ad hoc tribꝰ vicibꝰ: deinde de ea.ʒ.x.zinziberis:pipis:macropipis: celidonie: venaꝝ.ana.ʒ.i.salis ar.ʒ.ß.nutriant cuz aqua sansuci aut cũ aqua fenu.tribusvicibꝰ:deinde exiccent ⁊ admĩstrent.

¶ Confectio emplastroꝝ ⁊ epithimatũ ad oculos.Emplastrum ad cursum et guardenigi:cortices granatorũ: ⁊ lentes excorticate conferunt.

¶ Confectio empli ad corrosionẽ lachrymalis: endiuia teratur et super faciẽ suã ponat,oleũ ro.⁊ emplet̃ur cum ea.

¶ Confectio emplastri ad percussionem ⁊ vulnus in oculo ouum absq; cortice suo aqua coria.et oleum ro. et aggregentur et ponantur super ipsum cum coto.

¶ Confectio emplastri ad dolorẽ vehementẽ in obtalmia coriandri:melli:croci:sem̃.lini:tortellas: vinum:terãtur ⁊ conficiantur et emplastretur cum eis palpebra.

¶ Confectio epithimatis prohibentis fluxum ex oculo:aloes acathia sief memithe licium boli ar.etꝰ gummi ar.liniantur super frontem cum albumine oui.

¶ Cõfectio epithimatis ad iflationẽ ⁊ ad ap̃a i palpeb.rose sief memithe litiũ:bolũ ar.⁊ gũmi ara.liniant sup frontem cũ albumĩe oui:⁊ croci ⁊ vene ⁊ aloe ⁊ sandal'ru.⁊ fau fel:⁊ aggregent et terant ⁊ liniant cũ aqua coriãdri ⁊ endiuie et aqua rosata.

¶ Medicine aurium. Cap.xxx.

Ad vlcera in aurẽ. Sumant sarcocolle: sanguis thus:myrrha:spuma maris:baurac:bolũ ar.scoria ferri:flos eris ⁊ aloes deinde abluatur auris cum aqua et aceto tribus vicibꝰ post inuoluat licinũ cum melle in medicamĩe ⁊ ponat in ea:⁊ de medicamine fiant collіria:⁊ cũ necesse fuerit distillet in eam semel cuz aqua mellis:deinde administretur licinium.

¶ Cõfectio medicamis ad grauitatẽ auditus ⁊ tinnitũ va

poretur vapore sansuci ꝛ absinthij ꝛ sceha: deinde distilletur in eā hoc colliriū: pulpe colloq̄n.ʒ.i.baurac.ʒ.i. tertiā: castor.ʒ.ß.aristo.rotū.ʒ.ß.succi absinthij tm̄dē.eufor.sextā ʒ.i.costi.ʒ.quartā: fiāt coll'ia ꝛ distillent cū oleo amigdal'. amaro: sunt em̄ ad dolorē frigidū et ventositatē ꝛ difficultatē auditus: que cōficiant cū melle vaccino: ꝛ fiāt coll'ia.

¶ Medicine dentium. Cap.xxxi.

Medicamē dentiū eradicationē facilē faciens piretrū radix colloq̄ntide ꝛ cortex eius: cortex radicis capparis cortex mori: semen mezereō ꝛ folia eius: vene: arsenicū citrinū: lac sebram aut lignuꝫ eius: aggregent et terātur piretrū ꝛ colloq̄n. ꝛ relique medicine cū aceto in sole trib⁹ dieb⁹ ꝛ moueant in dieb⁹ multis vicibus cū aceto: ꝛ dimittant per reliquū diē infuse ī ipso et ꝓijciant desuꝑ assa et bdelliū ꝛ fiāt ex eis trocisci: ꝛ cuꝫ necesse fuerit: terant et liniātur cū eis radix dentis in die aliquotiēs: ꝛ hoc per aliquot dies: postq̄ scarpellationem factā in circuitu dentis: facit em̄ eradicationē facilem.

¶ Cōfec. medicamis de q̄ iplet dēs corrosus ꝛ frāgit ip̄m semē mezereō. lac febrē ꝯficiāt cū kitrā ꝛ ipleat inde dēs.

¶ Confectio medicaminis sedātis dolorē gingiue et dētis qd̄ administret cū gingiua nō est aposa: neq̄ calida: piper sinapis: piretrū tapsia. ʒinʒi. baurac: ꝛ fricet cuꝫ eis radix eius multotiēs. bene tamē prius fricet cū pāno. deinde fricetur cum hoc medicamine. deinde ꝓijciatur ex eo in aceto et teneatur in ore. deinde vaporēt. mandibule ꝛ distillentur in aurem que est in illo latere. De collirio doloris capitis frigidi: cuius confectio. castor. asse. storac. myrrhe. aristo. opij. piperis. ʒinʒi. sem̄. iusquia. ana. conficiantur cū melle aut kitrā: et liniatur cum eo dens corrosus: sicut linitur cum tiriaca ꝛ suffumigetur in traiectorio cum sem̄. iusquia. et storacis: de quib⁹ facte sunt forme similes auellanis: et teneat in ore oleuꝫ calefactū in quo decocte sunt radices altee: et stringat super rem calidā aliquotiens.

¶ Confectio tiriace ad dentes experta: asse: opij: myrrhe: castor. ana. conficiantur cum melle.

¶ Confectio medicaminis dol'. dentis calidi quādo est cū apostemate gingiue. se. portula. coriandri: sumac: lentium

excortica.sandal.citri.ru.piretri. cāphore.añ.teneat acetum in ore cum aqua ro.et inuiscetur de hoc medicamine super gingiuā post contritionē eius:ꝛ non deglutiat aquā eius:et administrentur ante ipsum flobotomia et vētose.

¶ Confectio dentrifici mundificātis:ꝛ abscindentis erugtinem.℞.sal gēme ꝛ se.iusquia.teste cane vel catin viridis cambil.Spume maris calli.añ.terantur ꝛ fiat dentrificiū cum eis et caueat sibi a sacietate nauseatiua.

¶ Confectio dentrificij stringentis gingiuas et dentes:cōferens rubedini eorum:balaustie:spodij:rose contrite:carmesich.alumen.ana.fiat vt super gingiuam adhereant.

¶ Confectio dentrificij odorem oris faciens redolere cortic.citri:ciperis:spice aromatice.gariofi.nucis musca.gallie:xiloaloes crudi cinami.macis heilhaugue:cubebe.añ.ʒ.i.musci kiratē.i.fiant ex eis pillule cū aq̄ maloꝝ ꝛteneat in ore suꝑ cibum suum:et deglutiat ex eis duas aut tres.

¶ Confectio medicaminis faciens stare dentes ne corrodantur impleantur corallo et mastice.

¶ Confectio medicaminis ad corrosionē in gingiua quādo dolor fit fortis et denigratur:vtriusq; arsenici:gallarum:calcis: aluminis.ana. terantur: et fundatur desuper aliquid aceti fortis ꝛ conquassetur in mortario donec fiat sicut vnguentum: deinde dimittatur in eo donec exiccetur:et teratur secundo et tertio donec fiat puluis:ꝛ sumatur ex eo quantitas granorum.ij.et.ß. et minus et magis in die semel:et sumatur super caput tente: et ponatur super egritudinem et dimittatur vna hora:deinde sumat in ore oleum ro.donec sedetur dolor:fiat istud.vi.dieb⁹ cūq; rubet: ponatur in eo de medicamine generationis carnis de pulueribus qui sunt in almansore ꝛ alijs ex eis que generant carnem:est enim bonum et expertum.

¶ Medicine ad fetorem oris. Cap.xxxij.

RΕcipe extremitatū mirti humide:cinamomi embli.ciperis:spice corticis citri:foliorum squinantis:masticis.ana.gallie:gariof.nucis musc.cubebe heilhaugue.zinzi.ana.pars.ß.aggregentur cum passis enucliatis q̄ sint duplū totius.et sumat ex eo qd sit sicut nux cumvino odorifero:aut cū mesmes antiquo:ꝛ fit illud

post vomitum et solutionem ventris aliquotiens et absti-
neat a cibis viscosis ⁊ pinguibus.
¶ Confectio ad cola.ro.spodium:amilū:coriandrū:sumac
lentes excortic.semi.portul'.alcanna de mecha: vene pire-
trum.añ.camphore pars.ß.zuccari q̄tuz est medietas om
nium teratur et teneatur in ore.
¶ Confectio trociscoꝝ de arsenico ad herpestiomenū arse
nici citrini.calcis.ana.ʒ.x.floris eris.ʒ. v. colcotar tantū-
dem:aluminis:acatie:balaustie.ana.ʒ.iij.terantur cuz ace
to per hebdomadam vnam:et informentur ex eis trocisci:
sunt enim conuenientes ad clysteria vlcerū antiquorū pu-
tridorū et herpestiomeno: et proijcitur cū eis: cum clyste-
ria fiunt opium:et qñ teruntur in sole plus cuz aceto. tunc
sunt magis vltimi:et reponantur in loco:vbi non sit ros:⁊
in fece aceti vt non debilitentur.
¶ Confec.medicaminis ad grauitatē lingue. Sal armoni
cus piretrū:stafisagria:sinapis:piper:acorus.añ.terant̄ et
fricetur cū eis sub lingua:et supra ipsam in die multotiēs.
¶ Confectio medicine ad vuluā cadentē:galle balaus. sal.
ar. añ. et sufflentur super ipsam:et ponantur super coclea-
rium et eleuetur cum ea.
¶ Confectio med.ad sinantiā:armel:sinap.piretri:se.rafa
ni:myrrhe:asse:nitri:salis ar.pipis:calamēti:stercoris ca-
nis albi sicci:stercoris humani sicci:cineris yrūdinis.ana.
terant̄ et suffletur in gutture ex eis:et ɔficiat̄ cum melle:⁊
fiat grargarismus ex eo sumpto quātū est galla cum aqua
mellis et qñq; proijcitur ex eis stercus canis et hois:et po
nit̄ loco ei⁹ fim⁹ colūbinus:et qñ fit res fortior et nō descē
dit in guttur aliquid.gargarizet cū sinapi cōtrita et aqua
et melle et ponātur ventose super locum dol.

¶ Medicine nasi. Capi.xxxiij.

Confectio medicaminis auferētis dolorem nasi:
myrrha:gallia:colcotar corti. granatoꝝ:calam⁹
aromaticus:gario.nefrin. et terantur ⁊ humecte
tur nasus cū licinio infuso in vino odorifero:deinde suffle-
tur in eū:et inuoluatur liciniū et intromittat̄ in nasum.
¶ Confectio medicaminis alaisim:collogn.ciclamē:nigel
la.baurac.terant̄ cū aceto tribus vicibus et informentur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

colliria cū aliquanto fellis vaccini: et cū necesse fuerit dissoluatur vnū: et distilletur post balneationē aut inclinationem super aquā calidā: et naribus sugatur aer ad interiora cum tota fortitudine egro resupino: cumq; vehemētem inuenerit mordicationē distilletur in eo oleum rosatum.

¶ Confectio medicaminis ad fluxū sanguinis ex naribus aloes: thus: balaustie calx viua: colcotar: puluis molendini: gipsum galle: terantur cum alcohol: et suffletur in nasum et mittatur in nasum licinium.

¶ Medicine tussi asmati et saniei. Cap. xxxiiij.

Confectio decoctiōis ysopi minor ad tussim cū caliditate et aspitate pectoris. ℞. ficus albas. x. nūero iuiube. x. sebesten. xxx. passulaꝝ sine interioribus. ʒ. x. se. altee. se. citoniorū: ysopi: vio. siccarum. ana. ʒ. v. decoquant cum. iij. lib. aque donec remaneat libr. ß. de qua bibātur. ℥. iij. cum violarum conditarum pondere. ℥. vij.

¶ Confectio decoctiōis maior ysopi: ad tussim plurime humiditatis disniam: saniem et humorē in pectore. ℞. ficus albas. x. nūero dactiloꝝ mūdatoꝝ tm̄dē. fenugr. ʒ. v. radic. liqritie. ʒ. x. capil. vener. ʒ. vij. radicē apij. fenicu. se. vtriusq; se. vrtice. ana. ʒ. v. ysopi sicci. ʒ. x. calamēti. yreos: prassij. an̄. ʒ. v. decoquant ſm q̄ diximus: et sumant in potu.

¶ Modus confectionis ad tusses que indigent sputo: faciens spuere ex stomacho humorē grossum cum quo est sonitus in pectore: aut saniem et venter cum ea est lenis valde capilli veneris. ʒ. v. amigdale amare. ʒ. v. yreos. ʒ. iij. corticē. radicis capparis: faria herbi. ana. ʒ. ij. se. apij. se. feni. ana. tantundem: gentiane: aristolo. ana. ʒ. v. conficiantur cum melle dispumato. dosis. ana. ʒ. ij. vsq; ad tres.

¶ Confectio silis illi ad eū qui est cū caliditate vehementi. lapilloꝝ. vene. ʒ. x. se. melo. se. citruli. ana. ʒ. v. dosis. ʒ. iij.

¶ Cōfectio ad asma educēs hūores grossos et saniē ex pectore. ℞. succi liqritie. ysopi sicci. ana. ʒ. x. capill. ve. ʒ. vij. se. vrtice: yreos: cordumeni: pipis: aristol. ro. baurac nasturtij: carui cāpestris: amigdal. amar. ana. ʒ. v. cōficiant cum melle quātū ipsa sunt et detur in potu cū decoctione ysopi maiori.

¶ Confectio trociscoꝝ de papauere ad tussim siccam que non indiget vt spuat et ad locū catarri. ℞. papaueris al. ʒ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

xxx.se.cucurbite:se.citrul'.se.iusquiami al.ana.ʒ.xxx.amili draga.gūmi ar.ana.ʒ.xv.conficiātur cū mucil.psilij.⁊ fiant ex eis trocisci et trium.ʒ.dosis.i.eorum cum sy.de papauere aut cum aqua ordei que est bona ad tussim que est cum caliditate ⁊ sputo citrino subtili et ad tussim calidam.

¶ Cōfectio pill'.de storace ad tussim que inquietat ī nocte et facit euigilare absq₃ cal'itate.℞.myrrhe:stora.liq.opij.ana.fiant pillule sicut cicer.⁊ sumant.iij.in hora dormiēdi

¶ Confectio pill'.que tenētur in ore. Succi liquiri.piperis zuccari.ana informentur pillule.

¶ Confectio pill'.quibus soluuntur habentes disniam frigidā : pulpe collo.ʒ.i.tertia.aga.ʒ.ß.baurac.tertia.ʒ.i.succi liqr.ʒ.i.se.vrtice:yreos.aā.ʒ.ß.terāt:⁊ fiāt pill'.⁊ ē doß.i.

¶ Confectio pil'.ad tussim que est cum febre:succi liq.vio.ana.ʒ.i.agarici quarta.ʒ.i.fiant pillule.

¶ Cōfectio pil'.de papauere ad tussim siccā infestantē.⁊ prohibet.catarrū qñ ē cū cal'itate:opij:amili:gūmi ara.succi liquiri.papa.ana.fiant pillu.sic̄ cicer:doß.a.ʒ.iij.vsq₃ ad.iiij. ⁊ sunt conuenientes pueris qui vomūt ex vehemētia tussis.

¶ Confectio pil.ad tussim que noiantur lenes succi liquiri. amili:draga.amig.excorticatarū:gūmi ara.ana.zuccari: tabarzet: quātū est medietas eorū terantur ⁊ cōficiant cum mucil.seminis citoniorū et fiant pillule compresse ⁊ teneantur in die et nocte:auferunt enim asperitatem pectoris.

¶ Cōfectio trocisco℞ q̄ in potu sumunt in pleuresi festinās maturationē⁊ faciēs facile sputū. Succi liqri.vio.ana.ʒ.x. amili:draga.se.altee se.feni.ā.ʒ.iij.ↄficiāt cū mucillagie seminis lini ⁊ se.citonio℞:⁊ sumat in potu cū syrupo violato.

¶ Confectio trociscorū de arsenico ad tussim plurime humiditatis ⁊ ptisim malā ⁊ asma:et dilatat anhelitum ilico cum fit suffumigatio ex eis sup locū⁊ bibit etiā aristol.myrrhe storacis liquide : galbanū.ana.arsenici quātū ipsa:aggregentur cū butyro vaccino:⁊ fiant inde pillule sicut auellane:⁊ fiat suffumigatio cū vna earū per traiectorium.

¶ Confectio pil.que potantur omni hebdomada semel aut bis:et mundificaut pectus ab asmate : agari.ʒ.i.pulpe collo q̄n.quarta.ʒ.i.ysopi.ʒ.iij.succi liquiritie:prassij:sinapis. ana.tertiam.ʒ.i.dentur in potu cum aqua mellis ⁊ est do-

ſis.i.et quandoq; ſumitur ex eis in potu omni die.ʒ.i.
¶ Confectio ſyrupi de papauere conueniens ad tuſſim ſic-
cam ⁊ ptiſim:⁊ cõfert ſputo ⁊ catarrro et tuſſi que vigilare
facit in nocte ⁊ infeſtat.℞.papa.al.⁊ ni.ã.ʒ.c.ſe.lactu.quã
tum oĩa ſe.iuſqui.al.ʒ.xxx.coquant̃ cũ q̃ngẽtis.ʒ.aque do-
nec fiant.ʒ.cc.deinde colet̃ et ꝓijciat̃ deſup.ʒ.i.mucillagi.
pſilij.cũ.ʒ.i.rob.⁊ decoquat̃ donec inſpiſſet̃ ⁊ adminiſtret̃.
¶ Confectio emplaſtri ad ſoſati.i.apoſtema in velamine ſe
parãte inteſtina ſedãtis dolorẽ ⁊ maturãtis apoſtema val-
de:viole ſicce:camomilla:anetum:fulfur vel fulfur altea fa
rina ſe.lini:farina fenugre.farina ordei decoquat̃ in aqua
donec diſſoluant̃ ⁊ effundat̃ aqua deĩde cõficiant̃ cũ oleo:
⁊ fiat ex eo emplaſtrũ dũ eſt tepidũ:⁊ q̃ñq; addunt̃ in eo ci-
nis cauliũ ⁊ adeps antiquus:cũ non eſt caliditas plurima.
¶ Confectio vnguenti lenientis ſputum ⁊ lenificantis pe-
ctus ⁊ adminiſtretur in tuſſi ſicca et ptiſi.℞.cere citrine.ʒ.
x.olei de keiri citrina.li.i.ſtoracis.ʒ.xv.adipis anatis.ʒ.x.
aggregentur et inungatur cum eis pectus et latus.
¶ Confectio trociſcorũ ad tuſſim ſiccam cũ caliditate vehe
menti ⁊ ſiti. Succi liq̃ri.vio.ſic.ana.ʒ.x.ſe.citruli.ſe.cucur
bite:tereniabin.ana.ʒ.v.conficiãtur cum mucillagine:ſe.ci
toniorꝫ ⁊ fiãt troci.ʒ.iij.⁊ ſumãt̃ in potu cũ aqua or.⁊ ſy.vio.
¶ Confec.troc.de terra ſigil.ad ſputũ ſanguis:thuris:ſan.
dra.ana.ʒ.iij.⁊ tertia.karabe.ʒ.v.ematitis:terre ſigil.ana.
ʒ̂.x.aluminis.ʒ.ij.⁊.ß.balauſtie.ʒ.iij.⁊ tertia:opij:cinamo.
ana.ʒ.ij.aggregentur ⁊ terant̃:⁊ fiant troci.ʒ.x.ſitq; doſis
i.⁊ ſumatur in potu cũ aqua albedarogi:aut aq̃ portulace.
¶ Confectio epithimatis ꝓhibẽtis fluxũ ſanguis.ex matri
ce:veſica ⁊ naſo:acatie:ſucci enfiſtides:thuris:gallarũ ba-
lauſtie.c̃c̃.gũmi.myrrhe.boli arme.opij.ana.fiant trociſci
et liniat̃ cuꝫ eſt neceſſe pectus:ſtomachus et ſumẽ:in hora
fluxus ſang.ex veſica ⁊ matrice.⁊ liniant̃ ſuper membra in
oĩbꝰ vlcera magna ſuper fiſtulas ⁊ paſſarizet̃ vulua de qua
fluit ſanguis ⁊ cis liniantur ſuper pectinem ⁊ akatim.

¶ Medicine ſtomachi. Cap.xxxv.

CONfectio trociſ.ſtelle ſedantiũ dolorẽ ſtomachi:⁊
remouentiũ acetoſam eructuationẽ.⁊ difficultatẽ
anhelitꝰ.⁊ pũcturã ⁊ cõſtrictionẽ vẽtris ⁊ inflatio

nem τ dolorē capitis antecedentē cū bibunt: aut linit cum eis frons dissolutis cuz aceto. τ dolorē auris: cū distillatur dissoluti cū aqua sansuci: aut succo calamēti. τ ꝓhibent corrosionē dentiū cū replent ex eis: τ ipsi cōferūt sputo sanguinis τ corize τ tussi antecedēti et vlcerib⁹ intestinoꝝ. morsui animaliū venenosoꝝ. febri cōmixte τ sunt de libro. almesia: quorū cōmixtio. ℞. casto. myrrhe. cass. li. terre sigil. cortic. radic. mādragore. ana. ʒ. iiij. cc. costi. pipis. ana. ʒ. vi. anisi. se. apij. se. keiri: siseleos: se. iusquiami albi: stora. ana. ʒ. iij. tere medicinas siccas. et dissolue gummas in vino odorifero demum adiunge eas reliquis medicinis et confice cū aqua et informa ex eis trociscos vnumquēq; ʒ. i. τ detur in potu cum eo quod conuenit egritudini ex potibus.
¶ Confectio trociscorū de ros. ad dolorē stomachi τ febres flegmaticas. in quibus est humor colericus: τ ad inflammationem anhelitus τ malitiam digestionis. ℞. ros. ru. tritarū. ʒ. x. spice aromatice: masti. ań. ʒ. i. τ. ß. fiāt troc. dos. ʒ. ij.
¶ Confectio trociscorū de ros. maior. conferentium doloribus stomachi τ malitie digestōis τ inflationi et inceptioni ydropisis. τ febrib⁹ antiqs. ℞. ro. ʒ. iij. xiloaloes: spice masticis cassi. floris. squināti. cinamomi. absinthij romani. ań. ʒ. i. fiāt trocisci cū vino veteri: τ det i potu aq̄ radi. dos. ʒ. ij.
¶ Confectio trocisci stelle ad dolorē stomachi profundum: spice masticis: cinamomi: thuris: squinanti: castorei: myrrhe: piperis. mandragore: se. iusquiami absinthij vel apij. aloes. ana. ʒ. x. fiant trocisci: dentur in potu. ʒ. ij. cum vino.
¶ Confectio trociscorū ad eum qui cibum euomit cū significationibus caliditatis: rose. spodij. cumini infusi. ana. ʒ. i. sumac. ʒ. iij. coriandri infusi cum aceto τ assati. ʒ. ij. sauic de granis granatoruz. ʒ. ij. cortic. fiistcorum superiorū. ʒ. ß. mastic. tantum deinde fiant trocisci: et sumantur ad malitiam digestionis ex caliditate cum syrupo acetoso.
¶ Mod⁹ cōfectiōis ad eū q̄ euomit cū significationib⁹ frigiditatis. ¶ Radic. squināti. ʒ. i. pipis. ʒ. ß. thuris. ana. ʒ. i. vsnee. ʒ. ß. zizziberis: cinamōi: cass. calamēti. ā. q̄rtā. ʒ. i. bdellij. ʒ. ß. ameos tm̄dē: deinde interiora passularū terant cum aqua: τ exprimant τ decoquant aq̄ donec fiat grossa. τ cōficiat cū ea τ bibat de ea ad magnitudinē nucis omni die.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Confectio trocisci. de spica ad apostema durū in stomacho iuuatiui valde. floris squinātis: tapsie. reubarba. calami aromatici: spic. nardi. añ. ʒ. iij. cc. myrrhe. opij. anisi. pipis. costi. añ. ʒ. i. bdellij subalbidi. ʒ. ij. masti. stora. liquide. añ. ʒ. ij. armoniaci. ʒ. ß. informent trocisci: et detur in potu ad apostoma stomachi. cū miua. aut cū triplicato et ad apostema epatis cū syr. aceto. dosis aur. i.

¶ Confectio diacimini bona ad frigus stomachi. et ad eructuationē acetosaꝫ: ventositates spargit. lenit naturā: aperit opilationē epatis et calefacit ipsum et eradicat colicaꝫ ℞. cimini carmeni. ʒ. c. zinzi. ʒ. xx. piperis. ʒ. x. ameos. ʒ. ij. folioꝝ ruthe sicce. baurach rubei. añ. ʒ. xx. epithimi. ʒ. xxx. conficiantur cū melle et administrentur.

¶ Confectio electuarij solutiui mūdificantis stomachū et expellētis ab eo supfluitates humiditatū remanētiū in eo ex fructibus humidis et cibis grossis. ℞. turbith vt cāna albi. ʒ. x. zinzi. ʒ. ij. zuccari al. ʒ. xv. aggregent oia et cribellētur. doß. ʒ. iij. et plus vel minus ƒm necessitatis quātitatē.

¶ Confec. diaolibani ad frigus stomachi et destructionem appetitus. et ad festinādū penetrationē cibi in corpe: et retinet fluxum vētris accidentē ex frigore stomachi et epatis. ℞. cipi. calamēti. spic. keisim. ameos anisi. nigelle. thuris. balaustie. añ. conficiantur cum melle exquisitissime dispumato. dosis. ʒ. ij.

¶ Confectio fenonis ad debilitatē stomachi et corruptionē forme exuberationē menstruoꝝ et sanguinē emorroydarū mirabol. nigroꝝ emblicoꝝ carmesich. squinanti. ciperi. zinziberis. ameos. pipis. olibani. scorie ferri. infuse i aceto vini hebdomada. i. postq̄ cōtrita est sic alcohol. et asate. ā. ʒ. xv. cōficiantur cū melle: et ipsum quidē abscindit sanguinem mēstruoꝝ: fluxū ventris et multitudinē vrine.

¶ Confectio de scoria ferri cū lacte acetoso ad debilitateꝫ stomachi et extenuationē. Scorie ferri ꝯtrite sicut alcohol pugillus vnus nigelle ameos. keisim. cimini. fenugreci. añ. pugillus vnus. ruthe. apij. mente fundant desuper lib. vij. lactis acetosi et dimittant. ij. dibus: deinde coletur ex eo lib. i. et bibat summo mane et comedat post. iiij. horas cibū bonū multum. et non appropinquat acetū neq̄ oleri neq̄

salito. et bibat super ipsum vini veteris parum. et bibat ex eo lacte quādo sitit paulatim. donec integre compleat. ij. libr. diebus aliquot.

¶ Confectio de scoria ferri cū vino faciens colorē bonū et calefacit corpus. Semē apij. se. fenic. anisi: cimini: ameos: anudē. i. radix herbe de qua fit assa fetida: origani. keisim carui. coriandri: pipis: macropiperis: cinamo. thuris: spic. garū. nucis musc. ciperi. se. ruthe. se. eruce. se. cepe. anā. auf. i. scoria ferri. ℥. x. decoquātur cū sexcuplo sui vini donec remaneat medietas: et colet et bibātur omni die. ℥. xxx. illi9 vini vsqꝫ ad. xl. calefacit eni fortiter illū cuius corpus iam infrigidatū est. et cui9 color valde malus est.

¶ Cōfec. medicaminis ad impinguēdū corpus: cinamomi zinzib. galange. cimini. ameos. ana. ℥. v. nasturtij albi. ℥. x. sarcocolle. zedoarie. anā. ℥. iij. seminis iusquiami. nuc. deide anā. ℥. vij. granorum impinguādi. ℥. x. granoꝝ de kerui. ℥. xv. papauers. ℥. x. testiculoꝝ vulpis hermodactil. been vtriusqꝫ anā. ℥. x. salis aluminis. ℥. x. scorie ferri. ℥. x. sumat ex eo puluere quantū tribus vicibus digitus tenere potest. in mane et sero postqꝫ contritū est et cribellatū. ⁊ sorbeat post sorbitionem factā ex farina ciceris et rizi et fabarum et tritici. et amigdal. ⁊ lacte ⁊ zuccaro. ⁊ nō comedat acetosuꝫ. neqꝫ salsum: neqꝫ laboret labore vehementi superfluo neqꝫ ꝓlōget morā in balneo. et assiduet comedere supꝫ vinum.

¶ Confectio medicine extenuātis corp9 pingue: lacce sandarace. ana. ℥. i. tertias duas sansuci sicci. ℥. ß. attramenti arist. ro. gētiane. anā. ℥. quartā: dosis sit tertia. ℥. i. et studeat in hoc ad prouocandū vrinā: et tolerandum sitim.

¶ Confectio emplastri confortātis stomachū: et epar ⁊ calefacientis ea: absinthij romani: costi. piperis: zinziberis. anā. ℥. v. olibani. ℥. iij. masti. ℥. v. calami aromati. gallie squinanti: gariofi. cinamomi. anā. ℥. ij. miue facte ex vino veteri et aqua citonioꝝ: quod aggreget ea post ipsorum cōtritionem et liniatur desuper.

¶ Confectio emplastri fortis resoluentis apostema duruꝫ stomachi ⁊ epatis et administret vbi nō est caliditas ⁊ vbi apā non est antiquū: semen lini: fenugreci: se. cauliū carpobalsami. anā. ℥. x. cordumeni: yreos: amigdale amare: costi:

myrrhe:spice:ciperi.añ.ʒ.v.bdellij subalbidi.ʒ.vij.masti.ʒ.i.storacis liquide.ʒ.iij.armoniaci:cere citrine: adipis anatis.añ.ʒ.iij.olei camomillini.ʒ.xx.dissoluant gũme in.xx.ʒ.vini.deinde aggregetur et emplꝫetur cum eo.

¶ Cõfec.emplastri ad apa in eis:cũ nõ est antiquũ:fenugr. sem̃.li.aneti sicci:violarũ siccaꝝ:camomille sicce altee sicce mastic.añ.ʒ.v.spic.ciperi.squināti calami aro. ana.ʒ.ij. cc.ʒ.iij.olei camomille.ʒ.xv.aggregentur cũ eo.

¶ Confec.ad idē bona:decoquant in oleo sisamino:costus ciper.spica de vnoquoqꝫ trib⁹ vicibus.ꝛ sumat mucillago fenugreci:et se.li.ꝛ decoquat donec inspisset et sumat de ea.ʒ.i.et ceroto facti cũ hoc oleo tantũdem et mastic.ʒ.v. aggregentur et terantur et emplꝫetur cum eis.

¶ Medicine cordis. Cap. xxxvi.

Confectio trocisci ad pulsum cordis.℞.thuris.ʒ.v.enule sic.ʒ.iij.succi calamēti:folioꝝ ruthe.añ.ʒ.ij.sisimbrij.ʒ.iij.origani.ʒ.i.et.ß.ameos tantũdē: detur in potu ex eo aur.i.cũ decoctione cimini. Sunt em̃ boni ad inflationē in ventre et puncturā venenosam.

¶ Confectio trocisci de musco ad pulsum cordis sincopim ydropisim et extenuationē masticis xiloaloes crudi cinamomi:gariofilo.gallie spice nuc.musca:cubebe cardamomi:heilague.olei de citro.añ.aur.i.musci.ambre.añ.sextā ʒ.vnius fiant trocisci cum kesmes.

¶ Confectio alia ad pulsum cordis:coriādri.ʒ.x.semen bedarogi:semē felengemisse.añ.ʒ.iij.spodij.ʒ.iiij.rof.ʒ.i.charabe:margaritarũ.coralli.añ.ʒ.i.semi.portul.ʒ.iij.sem̃.lactu.ʒ.i.sandal.albi.ʒ.ij.cāphore.ʒ.ß.musci kerat.i.

¶ Cõfec.de xiloaloes ad sincopim ꝛvomitũ ꝛ colericā passionē:thuris.ʒ.iij.rof.ʒ.vi.xiloaloes:gallie: gariofi. spice crete que comeditur de corascent:spodij. añ.ʒ.i.cubebe.ʒ.i.fiant trocisci.

¶ Confectio medicaminis de musco ad pulsum cordis et sincopim masticis:cinamomi:xiloaloes crudi:gariofi.gallie:spice:nucis musc.cubebe:cardamomi:heilhague:cipi: squinanti folioꝝ citri.semen albedarogi : semen felengemisch: sansuci: sisimbrij: zinziberis:macropiperis:margaritaꝝ:coralli:karabe:sete crude:folij indi been.ã.ʒ.x.musci

ʒ.i.tertiã boni puri:aggregentur oĩa cum melle mirabolanorum kebulorꝫ cõditorꝫ. ¶ Medicine epatis. cap.xxxvij.

Confectio trociscorꝫ ꝺe berberis valentiũ ad epar inflãmatum et debile ꝛ corruptionẽ complexiõis cuz caliditate. ℞.carnis berberis.ʒ.x.ro.tritarũ.ʒ.v.se.endi.portul.se.citruli.aũ.ʒ.iij.seminis apij.ʒ.i.spi.masti.aũ.ʒ.v.lacce:reubarbari.aũ.ʒ.i.fiant trocisci aureorũ duorum.et detur.i.in potu cũ syrupo acetoso puro.

¶ Confectio trociscorꝫ:de reubarbaro ad malitiã cõplexionis:et dantur in potu post febres lõgas et cũ corrumpitur forma.℞.reubarbari.ʒ.x.spice mastic:sem.apij.squinãti ameos sauine:amigdalarꝫ amararꝫ:costi amari:cinamomi aũ.ʒ.vnius sextam.succi eupatorij:sem.fenicu.anisi:asari:aristologie:gẽtiane.aũ.ʒ.ij.pipis zinziberis.aũ.ʒ.i. absinthij romani.ʒ.ij.fiant trocisci aurei vni⁹ et potet vnus.

¶ Confectio trocis.de lacca ꝯferentiũ ydropisi yposarce:q̃ ꝓuocant vrinã:aperiũt opilationes in epate ꝛ calefaciunt ipm.lacce reubarb.aũ.ʒ.iij.spice aromatice:mastic.se.apij squinãti:absinthij:ameos:sauie:amigdalarũ amararũ:costi amari:myrrhe:ruthe.ana.ʒ.vnius sexta:succi:eupatorij absinthij:sem.feniculi anisi:asari aristo.gentiane.aũ.ʒ.ij.pipis zinzib.aũ.ʒ.i.fiant trocis.de q̃b⁹ in potu dent aur.ij.

¶ Confec.trocis.de mezerion solutiuorꝫ ꝯferentiũ ydropisi asciti et dantur in potu oĩ die.et faciunt ipsum asellare semel et alleuiant ꝛ aperiũt opilationes epatis:sem.endiuie ʒ.x.se.mezeriõ.ʒ.i.ꝛ duastertias si volueris foliorꝫ ei⁹ agarici tantũdẽ rosarꝫ tritarꝫ.ʒ.ij.ꝛ.ß.succi eupatorij.ʒ.ij.ꝛ duas tertias se.citruli.ʒ.ij.ꝛ.ß.fiãt ex eis trocisc.x.ꝛ ipsi sunt trocis.mirabiles vltimi.de quibus bibatur vnus.

¶ Cõfectio medicaminis ad ydropisim timpanitem cũ nõ est caliditas anisi petrosell.costi myrrhe pipis baccarũ lauri:nigelle keisim:castorei:ase:aniudẽ:asari.cc.aũ.ʒ.i. serapini:acori:amigdalarꝫ amararꝫ:ruthe.sicce:cimini:carmeni:ameos:origani:ysopi:dauci:carui:galange:calamenti:sicci:foliorũ argarab:calcanei vituli: aut baurach adusti:amomi:polij:zinzib.agari.ã.ʒ.ij.mell. dispumati qꝺ suffic ad cõficiendũ. ¶ Modus ꝯfectiõis de enula valẽtis ad apãdurũ eueniẽs ĩ epate aut stõacho:ex percussiõe:aristologie

zinziberis sicce enule:astirgar.eruce:seminis apij: feniculi anisi:ameos.ān.pars media.terentur et aggregentur cū melle:et detur in potu ex ea q̄titas auellane.
¶ Modus medicaminis de curcuma maior cōferens egritudinib⁹ epatis cum fiunt cronice:⁊ plongant̄ et indurāt̄ ⁊ eradicat eas.vt ita nihil dimittat ex eis.fu.azari. dauci se.apij.ana.ʒ.iiij.meisus:spice celtice.ān.ʒ.vi.costi myrhe. cassi.lig.squināti carpobalsami.rubee qua tingitur. ān.ʒ. ij.polij succi eupatorij olei de balsamo:scordeon:scolopendrie.succi liquiritie.ān.ʒ.iij.calami aromatici. camomille albe et rubee:assari.ān.ʒ.i.⁊ ß.c̄c̄.dragagā.ān.ʒ.i. terātur et ɔficiantur cū melle.dosis sit sicut nux.
¶ Cōfectio troci.ad ydropisim q̄ est cū calore ⁊ corruptione epatis et splenis:cū solutione vētris. Spodij.carmesic. gallie.balaustie:sumac.se.tamarisci.se.acetose.ana.ʒ.i.ciperis floris squināti:anisi:spice:reubarb.lacce:cortic.radici capparis.ān.ʒ.ß.agnicasti:se.portulace.ān.ʒ.i.endiuie. ʒ.ß.opij.ʒ.ß.camphore.ʒ.sextā:fiant trocisci.ʒ.iij.
¶ Confectio pillular̄ facientiū asellare aliquotiens et alleuiantium egrum:mirabolonoruʒ citri.ʒ.x. serapini.ʒ.v. dosis a.ij.ʒ.vsq̄ ad.iij.
¶ Confec.pillu.de reubarbaro ad ydropisim timpanitem ℞.mezereon.ʒ.x.succi eupatorij:sem̄.endiuie.ān.ʒ.iij.agaric.ʒ.v.reubarba.ʒ.iij.se.apij.ʒ.i.⁊.ß.dos.ʒ.i.⁊.ß.
¶ Confectio aliar̄ pillular̄ soluentiū aquā per egestioneʒ cū fortitudine se. mezereō excorticati.ʒ.ß.zucca.tabarzet ʒ.i.amigd.excorticatarū dragag.ān.ʒ.ß.et est dos.i.
¶ Confectio aliarum pillularū que sunt vltime mezereon. ʒ.ß.eris vsti.ʒ.tertiā.serapini.ʒ.i.euforbij.q̄rtā.ʒ. Sal'indi armo.folior̄ ru.ān.ʒ.sextā.fimi colūbi.ʒ.sextā.⁊ ē dos.ʒ.i.
¶ Confe. medicaminis de lacca:florū squinanti:spice:asari:petrosellini.ān.ʒ.iij.eupatorie:lacce:aristol.ān.ʒ.i.⁊.ß. seminis endiuie seminis citruli.ān.ʒ.iij.masticis:succi liq̄ritie.ana.ʒ.i.c̄c̄.ʒ.ß.dos.aur.ij.
¶ Confec.pillular̄.de q̄bus dat̄ omni nocte qn̄ est cū siccitate nature:⁊ leniūt eā et alleuiāt egrum.q̄ noīantur pillule de agarico. Agarici.ʒ.x.succi eupatorij reub.arist.ān.ʒ. ij.zuccari.tabarzet.ʒ.v.fiant pill.similes ciceribꝰ et potest

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

de eis vna die vsqꝫquo ad vltimā ꝑueniat nature lenitas: soluendo eīn faciūt assellare:ꝛ peruenit alleuiatio ab eis: et ipse cum hoc cōferunt epati et aperiūt opilationē eius.
¶ Cōfec.trociscoꝝ ꝺ reub.floris sqñ.ʒ.v.spice:asa.petros. anisi:eupat.lacce.reub.añ.ʒ.i.se.endi.se.citru.añ.aur.iiij. masticis:succi liquiri.añ.croci.zinzib.ana.ʒ.v.dos.aur.ij.
¶ Confec.trociscoꝝ de cāphora ad epar inflāmatū:ycteritie:ꝛ febrib⁹ adurētib⁹. Ros.ʒ.x.rose.s.carnis ei⁹ tm̄.ʒ.xx. se.citru.ʒ.x.seis endi.se.lact.port.añ.ʒ.iij. spoꝺ.ʒ.x.sandali citri.ʒ.ij.cāphore.ʒ.i.fiāt troc.ʒ.ij.cū mucilla.psilij:ꝛ potes vn⁹ cū rob citri ad epar inflāmatū ꝛ cor:aut cum lacte ace.ꝺ capris:aut cū lacte de q̄ extractū ē butyꝝ:ꝛ sūt boni ad pulsū cordis ex cal'itate:ꝛ ycte.cū sy.ace.ꝛ i febre ex ca.
¶ Confectio emplastri de sandal.ad epar inflammatum: vtriusqꝫ sandal.rose faufel:sief memithe:cāphore:ꝛ liniat cum aqua solatri et modico aceto vini.
¶ Confectio emplastri ad ydropisim:asclitē absqꝫ caliditate:et quando emplastrat cū eo añ aquā:et est expertū:farina ordei ciperi:stercus ouinū siccū:ciminū:baurac:bolum ar.liniatur desuꝑ.quoniā exiccat aquam virtute forti.
¶ Confec.kelekēgi:ydropisi cal'e:folioꝝ mezereō infusoꝝ in aceto exiccatoꝝ tritoꝝ.ʒ.v.aga.turbith.ā.ʒ.v.succi absinthij.ʒ.iij.mirab.citri.ʒ.v.rosaꝝ rubeaꝝ.se.endi.citr.añ. ʒ.ij.tereniabi.ʒ.x.succi liq.ʒ.ij. decoq̄t tereniabi ꝺōec fiat sic mel ꝛ ꝯficiat cū eo ꝛ det i potu ex eo.ā.ʒ.ij.vsqꝫ ad.iiij
¶ Confec.kelekēgi ad ydropisim cū qua non est caliditas: foliorū mezereō trito.agarici: mirabol.citri. serapini.añ. ʒ.v.yreos.ʒ.iij.reubar.succi eupatorij:spice:anisi.ana.ʒ.ij. conficiantur cum melle:dosis.añ.ʒ.iij.vsqꝫ ad.iiij.
¶ Confec.pil.almezereō ad asclitē: qñ nō est cal'itas neqꝫ vētris solutio:mizereō calcecumenō:nō stercoris colūbini añ.euforbiū q̄rta vni⁹ illoꝝ ꝯficiant cū iulep.dos.ʒ.ij.ꝛ.s. cū aqua passulaꝝ de corasceni:sitqꝫ cib⁹ ei⁹ carisca:aut cibus cū sumac:aut acetū cū oleo:aut cum syrupo acetoso.
¶ Cōfec.trocis.azeresch frigidoꝝ ad dolorē epatꝭ azerscik ʒ.v.se.citruli excorticati:se.endiuie: se.por.se. fenic.añ.ʒ. ij.ꝛ.s.succi liq̄ri.ʒ.i.ꝛ.s.ros.ʒ.i.fiant cū aqua ro.ꝛ dentur in potu cum syrupo acetoso et aqua endiuie et aq̄ solatri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Confectio troc. azerisciek: calidorũ: azerisciek. ʒ. v. lacce reubar. succi eupat. anisi spic. masti. ana. ʒ. i. dent cũ decoctione radicũ. ¶ Medicine splenis. Cap. xxxviij.

CONfectio troci. de capparib⁹ ad splenẽ durũ ⁊ vẽtositatẽ. ℞. corti. radic. capparis q̃ sunt aleph. se. alfagradi. añ. ʒ. x. scolopẽdrie: ciperi. ana. ʒ. i. aristolo. foliorũ ruthe: armoniaci: nasturtij: acori: nigelle. añ. ʒ. iij. resoluat armoniacũ cum acetovini: ⁊ conficiantur cũ eo cetera: sintq; trocis. ʒ. ij. dosis est. i.

¶ Cõfectio tro. alcarmesic. ad splenẽ cũ cal'itate ⁊ duritie se. alfagradi: se. tamarisci: se. enduie. añ. scolopẽdrie q̃rtã vnius: fiant trocis. aur. ij. et sumãtur cum syrupo acetoso.

¶ Trocisci Ꝙo de karabe cum aqua de radicibus: ⁊ syrup. ace. aut cum aqua illa que de eo pura est: quando dubitat de ventositate sub splene conferunt.

¶ Confectio empl'i ad duritiẽ splenis: foliorum ruthe. ʒ. x. bau. ʒ. iij. calamẽti sicci. ʒ. iij. ar. ʒ. vij. dissoluãt cũ ace. vini

¶ Confectio pil. expellentiũ icteritiã fortiter: aloes scam̃. ana. ʒ. iiij. agari. ʒ. ij. tertia: succi: eupatorij. ʒ. tertia fiant pillule cum succo enduie: et est dosis. i.

¶ Confectio empl'i ad splenẽ cũ caliditate: lignũ salicis et folia ei⁹: ⁊ ipsius extremitates tamarisci: corticis radicis capparis: extremitates mirti. et cypressi et acetum vini.

¶ Medicine colice. Cap. xxxix.

CONfectio pillularũ soluentiũ colicã velociter. ℞. aloes. x. scamo. ʒ. ij. ⁊. ß. interioris colloq̃ntide. ʒ. iij. tertiã salis gẽme. ʒ. ij. serapini. ʒ. iij. sebrã tm̃dẽ ⁊ sunt. x. doses. ¶ Cõfec. serabezen: resoluẽs ventrẽ fortiter ⁊ educẽs sup̃fluitates: scam̃. pipis: zin. cimini: folio℞ rute: bau. galã. cimami: garũ. ã. ʒ. x. mell'. xl. doß. a. ʒ. ij. ⁊. ß. vsq; ad. iij. ¶ Confectio el'arij diacitõiten solutiui: q̃d admĩstratur in colica cuz nausea fortior fit: ⁊ euomit eger id q̃d bibit. scamo. ʒ. x. masti. gariof. gallie: zinzi. piperis: macropiperis: nucis mus. cimami. ana. succi citoniorũ acetosoruz. mellis apũ. ana. cõmisceãtur ⁊ decoquant donec inspissentur. ⁊ cõficiãtur medicine cũ eis: dosis a. ʒ. i. vsq; ad. i. ⁊. ß.

¶ Confectio pil'. que sumũtur ante cibũ et post: ⁊ exiccant eiectionẽ cibi paulatim: ⁊ destruunt satietatẽ nauseatiuã

et soluunt ventrē et resoluūt colicā.zinzi. melano. piperis macropipis gallie.gario.τ neremisc. ana.ʒ.x.zuccari tabarzet.ʒ.x.dos.ʒ.ß. et faciunt asellare a.ij.sell.vsq3 ad.v. omnem hominē ſm quantitatē sue nature et virtutis.
¶ Confectio clysteris ad febricitantes τ patientes birsen cum retinētur eorū nature.℞.sacraiati aque sicle in qua bulliat.ʒ.i.baurac et fundatur desuper oleū vio.℥.τ fiat clystere.et quando non est febris sumatur pugillus furfuris zuccari ru.ʒ.xxx.baurac.ʒ.ij.et olei sisamini.ʒ.i.
¶ Confectio pil.resoluens satietatē nauseatiuā et ventositatē τ digerit:τ ꝓuocat appetitū masti. zinzi. cinamomi: gariof.neremisc.pipis macropipis.aā.ʒ.x.scam̄.tantūdē3 zuccari tantūdem fiant pill' sicut cicer.pōderantes tertia3 ℥.i.que quidem vtiles existunt colicā assidue patientibus.
¶ Confectio medicaminis ad colicā frigidā cimini:anisi: ameos.ana.pugillus vnus.bulliant bene τ in colatura resoluantur penidiorū.ʒ.v.et medulle cassiefi.ʒ.v.et fundat desuper oleum amigdalarum dulcium.ʒ.iij.
¶ Confectio medicamīs:qđ datur cū dolor vehemēs commouet.τ sedat dolorē qñ timetur qđ egro supueniat sincopis ꝓpter vehementiā doloris:zinzi.macropipis:storacis liquide croci:se.iusq̄a.ana.castorei.opij.ana. pars.ß.fiant pillule sicut cicer:dosis ab aur.ß.vsq3 ad aur.i.
¶ Confe.tro.de vio.q̄ sunt cū scam̄.cōferētes colice cū caliditate.et vtiles in febrib⁹ antiq̄s cū īdigēt solutiōe ac vomitu.aut insosati.τ sunt in vltimo infrigidantes. vio.ʒ.x. scam̄.ʒ.ij.τ.ß.mucillag.psilij.qđ ea aggreget.fiāt.x.troci. et sumatur vn⁹ in potu cū.ʒ.v.zuccari.aut cū.℥.i.iulep.aut tereniabin.¶ Modus cōfectiōis ad colicā mirabil' valde cartami.ʒ.i.serapini.ʒ.x.cōficiātur cū penidijs dosis.ʒ.v.
¶ Cōfectio trocis.de viol.q̄ infrigidāt et potātur in mane cū medulla:cassiefi.optimi ad eradicandū colicam que est cum caliditare τ siccitate:violaꝝ siccarū.ʒ.x.turbith tantūdem:succi liquir.ʒ.v.fiant.x.trocis.τ sumant oī die: q̄ſi x.ficus citrine:τ.ʒ.x.passularū enucleatarū:et decoquantur in.ij.lib.aque:donec perueniāt ad lib.i.colentur τ dissoluātur.ʒ.x.medulle cassiefi.τ.i.ex his troicis.τ distillētur desuper.ʒ.ij.olei amigd.dulcis:et potētur in mane.

¶ Cõfec. trocis. de epithimo q̃ dant in potu cũ aqua de radicibus ad eradicãdũ colicã & vẽtositatẽ. ℞. turbith epithimi. añ. ʒ. x. serapi. ʒ. v. fiãt ex eis trocis. x. deide radicẽ apij: fenicu. añ. ʒ. x. se. vtriusq; ameos: zin. galãge. añ. ʒ. v. decoquant in lib. aq̃ dõec remanet lib. i. colet & dissoluat in ea ex istis trocis. & p̃ijciat desup aur. i. olei de kerua: & sumat in potu: & q̃nq; p̃ijciat in decoctiõe passulaꝝ & ficuũ: & q̃n datur in potu cũ eo castoreũ ſm mensurã que visa fuerit.

¶ Modus ꝯfectiõis de bacis lauri spargẽtis ventositatẽ fortiter: q̃ dat ad bibẽdũ in itestinoꝝ & costaꝝ dolore. Ruthe sicle. ʒ. x. ameos: cimini: nigel. siseleos: keisim: origani carui: petrof. amig. ama. pipis: calamẽti: macropipis: dauci: acori. ã. ʒ. ij. bacaꝝ lauri: castor. serap̃. ã. ʒ. iij. oppopõaci ʒ. iij. cõficiantur cũ melle de qua sumat q̃titas auellane cũ vino veteri. nõ est ei epar in dispargẽdo ad ventositatẽ.

¶ Modus ꝯfec. spgentis vẽtositatẽ: leniẽtis ventrẽ & sedãtis dolorẽ: & ẽ fortior i hac dispõne q̃ filoniũ: & ego nõ nomino ip̃m filoniũ. ℞. pipis: ameos folioꝝ ruthe: cala. cast. cimi: bacaꝝ lauri. añ. ℥. i. opij: iusq̃. corti. mãdrag. ana. ʒ. ß. scam̃. tertiã. ʒ. i. ꝯficiant cũ melle eiusdẽ quãtitatis: & si vis fiãt inde trocisci sine melle: cuius dosis cum non conficit sit. ʒ. i. et quando conficit sit a. ʒ. ij. vsq; ad. iiij. ¶ Cõfect. medicamĩs: qđ supponit ad aspgẽdũ vẽtositatẽ & educens eã: et soluit cimini: folioꝝ rutheviridis. añ. pugil. i. bothomariẽ. ʒ. ij. conficiantur cũ melle & intromittat cũ lana.

¶ Confectio supositorij qđ soluit ventrẽ. conteritur em̃ et proijcitur i clysteri solutio & noiant suppositoriũ albũ. ℞. baurac panis. ʒ. x. colloq̃n. interioris: bdelliũ: serapini. añ. ʒ. v. scam̃. ʒ. ij. & ß. dissoluantur: & fiat collirium eis.

¶ Confect. clysteris solutiui lenis. ℞. ficus citrinas. v. furfuris pugillũ: altee ligate in panno pugillũ vnũ: folia sicle decẽ decoquant in duab⁹ lib. aq̃ dõec p̃ueniat ad. i. lib. colet & p̃ijciat sup̃ eã. ℥. i. baurach. &. ℥. i. olei sisamini: & fiat clystere: cũ aũt vis ip̃m acuere: p̃ijce i eo de coll'io al. aur. i.

¶ Cõfec. clysteris solutiui fortis: colloq̃n. ʒ. x. cẽtauree minoris. ʒ. xv. buchumariẽ. ʒ. ij. ruthe calamẽti baccarũ: p̃uã origani manipul⁹ decoquant: deide dissoluant in ea. ʒ. iij. kitrã & tm̃dẽ mell'. &. ʒ. ij. castor. serapi. ʒ. i. oppoponacis. ʒ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

ß.suppositoriū albi aur.i. et fundatur desup.ʒ.ß.olei de kerua:et fiat clistere cū ē colica fortis:⁊ yleos:q̄ si dolor fuerit fortis:ponat̄ i ipo q̄titas ciceris de opio. ¶ Cōfe.medicie sedātis dolorē colice:⁊ ē filoniū qd dispgit vētositatē grossā piperis:ameos:nigelle:baccarū lauri:cimini:castorei.añ. ʒ.i.opij:se.iusquia.mādrago.ana.ʒ.i.aggregent̄ cū melle. ¶ Cōfe.formarū siliū auellani sedātiū dolorē:casto.ameos cimi:nigel.añ.opij q̄tū oīa:sit q̄libet forma tertia.ʒ. vni⁹. ¶ Confec.formarū siliū auellanis:sedantiū dolorem colice difficilē vehementē q̄ est cū colera ⁊ pūctura:se.lactuce:se. portula.opij.añ.ↄficiātur cū mucil.psilij:sitq; forma q̄libꝫ tertia.ʒ.vnius. ¶ Confec.clysteris dispargētis ventositatem valde rutha tribus vicibus decoquat̄ in oleo et in.ʒ. xx.ex eo dissoluit̄ castorei:oppoponacis: serapini.añ.ʒ.ß. vsq; ad.i.ʒ.et clisterizetur cum eo:et si dolor fortis est: ponatur in eo q̄tum est granū ciceris de opio. ¶ Cōfect.olei quo vngit̄ venter:⁊ spargit ventositatē olei rutacei.ʒ.x.cū quo dissoluant̄ castorei.ʒ.ij.eufor.ʒ.i.et fiat inūctio cū eo. ¶ Confectio trocis.ad yleos conferentiū vomitui sup̄fluo seminis apij:anisi. ana.ʒ.ij.⁊.ß.fiant trocisci:quorum pondus sit ab aure.i.vsq; ad.ij.

¶ Confec.medicine ad vomitū leuē.℞.cācer nucis vomice:nigel.se. rafani:anati.ā.baurach sal' indi.añ.ps media dosis.ʒ.iiij.et quādoq; additur in eo quarta.ʒ. de condisi. ¶ Cōfectio medicamis tēperati ↄsequēs finē medicinarū fortium ⁊ nō est timor in eo:cancer:condisi nucis vomice: baurach.ana.fiant trocis.aur.i.dosis ab. aur̄. vsq; ad.ij. ¶ Cōfectio syrigi de granis ḡnatorū sedās vomitū: ḡnorū granati acetosi lib.ß.sumach mūdificati q̄rta lib.vni⁹ fundant̄ desup aq̄ lib.iiij.⁊ coquat̄ donec p̄ueniat ad.ij.libr.et colet̄ ⁊ sumāt̄ folia citri.x.folia mēte.x.gariof. aur.ij.gallie aur.i.thuris.ʒ.i.corticis fisticiviridis.ʒ.iij.sumant̄ d eo in potu cū adest vomit⁹ vehemēs ↄturbās ⁊ colerica passio et melius quidē est cū sumit̄ cū aq̄ ro.⁊ si nō inueniunt̄ folia citri ⁊ mēte nisi sicca:⁊ sumant̄ de vnoquoq; eorū.ʒ.ij. ¶ Confec.trocis.ad vomitū vehementē dolorosum qui est ꝑpter effusiōes malorū hūorū ad stomachū gariof.ʒ.x.gallie.ʒ.i.cinami.ʒ.ij.enule.ʒ.i.⁊.ß.masti.ʒ.i.⁊.ß.opij: mādra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

gore.añ.ʒ.i.z.ϐ.resoluātur z fiāt decē trocis.dosis est vn⁹: z admīstrent in colica passiōe:qm̄ sedant vomituʒ z ꝓuocāt somnū z stupefaciūt stōi sensū:ita vt nō opprimat ip̄m illud qđ ei obuiat:et noiant trocis.de enula. ¶ Confectio trociscoꝝ ad colicā passionē supfluā:z supfluitatē opatōis catartici:q̄ ꝯfortāt aiam z stringūt ventrē et retinēt vomitum z faciūt dormire:gallie.cc.gariof.cipi.añ.ʒ.x.gallaꝝ balaustie:camesie:corticis ḡnatoꝝ thuris.añ.ʒ.x. opij:mādrago.añ.ʒ.v.fiant trocisci.ʒ.ij.¶ Confec.epithimatis ad colicā passionē catartici supfluitatē z tenasmō: gallia:acatia tortelle sandali:ciperi z rose thus myrrha:liniat cū aq̄ mirti z citōioꝝ z vino.¶ De medicis solutōis vētris.c.xl.

C Onfectio trociscoꝝ de spodio cū acetosa ꝯstrictiuorū q̄ dant in potu ad fluxū cū febre z acuitate. Rosaꝝ spodij.añ.ʒ.x.se.ace.ʒ.v.sumach.se. port. añ.ʒ.iij.balaust.ʒ.ij.gūmi.ʒ.i.z.ϐ.et fiāt troc̄.tertie.ʒ.vni⁹ et addūt i dosi kerat opij. ¶ Cōfec.pulueris q̄ ꝓijcit in os et deglutit bibēdo aliq̄d post ip̄m ad solutionē vētris cū tussi granoꝝ mirti:castaneaꝝ tritarū papaueris:siliquarū sceni.añ.gūmi.ʒ.ϐ.terant oīa et sumātur in potu ex eis.ʒ. iij.cū aqua ro. ¶ Cōfec.plueris q̄ in ore ꝓijcit de ḡnis granatoꝝ ad fluxū vētris cū cal'itate: z casum appetit⁹: ḡnoꝝ granati acetosi assatoꝝ:parūper ꝯtritorū sicut alcohol.ʒ. c.carui infusi in aceto et assati.ʒ.xx. coriādri infusi i aceto et assati.ʒ.xx.fructus tamarisci.ʒ.x.siliquarū nahabati.ʒ. xx.sumach:balaust.ā.ʒ.xv.fiat eoꝝ ꝯtritio bona:z misceātur dosis.ʒ.iij. ¶ Cōfec. pulueris q̄ in ore ꝓijcit leuis ad solutionē vētris cū tussi:ḡnoꝝ mirti ꝯtritoꝝ.ʒ.i. castaneaꝝ ʒ.ϐ.papaueris sicut alcohol:siliquaꝝ sceni spodij gūmi.ā. ʒ.ϐ.terātur dosis.ʒ.iij.cū aq̄ fri.z p̄cipiat vt i mane comedat vitella ouoꝝ bū elixatoꝝ:z sumat puluerē de papauere in ore.¶ Confec.miue ꝯstrictiue q̄ est syrup⁹ de citonijs aq̄ citonioꝝ acetosoꝝ lib.i.vini veteris tm̄dē. decoquat dōec spissitudiuē habeat:z ꝓijciat in eo quasi aur.gallie.

¶ Cōfec.elec.alcauzi:ꝯueniētis ꝯstringētis valde ventrē. ꝓuocātis appetitū.z spgētis vētositatē:ḡnoꝝ passularū cōtritorū sicut alcohol.lib.i.ḡnoꝝ mirti ꝯtritorū.sic̄ alcohol lib.ϐ.siliquaꝝ de spina:balaustie.thuris.fruct⁹ tamarisci.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

ana.ʒ.x.ameos.ʒ.xvi.aggregentur cum melle canne.
¶ Cōfec.pl'ueris q̄ in ore ꝓijcit de bolo ad excoriationē:psi lij assati.ʒ.xx.arnoglosse.ʒ.x.gūmi boliarmeni. añ.ʒ.xx.se. portulace se.fumiter.assari.añ.ʒ.x.aggregent ista:ꝛ cōtritio boli nō vltime fiat:ꝛ nō separent ꝛ hūectent semia.propterea qḋ adheret ei bolū:dos.ʒ.iij.in mane ꝛ tm̄dē in sero cū rob de citonijs puro. ¶ Confec.trocisci de spodio q̄ sunt fortes. Spodij rof.sumach:semis enduie.añ.ʒ.i.tamaridi: seminis portulace.semis papauerꝭ seminis acetose.ʒ.i.ꝛ.ß. balaustie:opij sandali:añ.ʒ.ß.cāphore.sexta.ʒ.vni⁹:ꝯferūt ad solutionē vētris cū cal'itate supflua:qui in potu dant cū aq̄ sauich:infundat sauich:ꝛ sumat aq̄ eius. ¶ Cōfec.trocisci de spodio:rosaꝝ rubeaꝝ.ʒ.iij.semis lactuce.semis citroli. cucurb.añ.ʒ.ß.succi liq̄ritie.ʒ.ß.spodij.ʒ.v.dos.integra.ʒ.ß.
¶ Cōfec.pl'ueris q̄ in ore ꝓijcit de ḡnis granatorū assatorū cōueniēs ad fluxū vētris:qñ ꝓlongat:trociscoꝝ ypoq̄sti.corticū medianoꝝ glādiū.castaneaꝝ:balaus.capitū granatoꝝ assatorū ꝓijciatur sup istas ꝯmixta quātū ipse sunt pl'ueris granorū granatoꝝ:ꝛ cōmisceant cū istis ꝛ sumant in potu. ʒ.iij.aut.iiij.cū aq̄ frigida aut cū rob citonioꝝ puro:qm̄ est cōfortatiuus ꝛ expertus. ¶ Cōfec.trocisci ad tenasmō experti:seminis iusq̄.semis aneti : semis feniculi.añ.ʒ.v.ameos. ʒ.ij.ꝛ.ß.opij.ʒ.iij.semis apij.ʒ.i.fiāt trocisci:auf.i.det.i.et administret cū nō est cal'itas. ¶ Modus ꝛ ꝯfectōis de storace cū est fluxus vētris supfluitas et tenasmon qñ nō est caliditas:castorei:opij:asari:storacis liquide.semis iusquiami albi thuris.añ.mellis quantū omnia dosis.ʒ.ij.
¶ Cōfectio pulueris qui in ore ꝓijcitur:ꝛ noīatur gluten et administrat cum supfluit catarticum et vehemēs est gallarum corticis granatorū.ana.ʒ.i.thuris.ʒ.ß.tortellarum.ʒ. ij.seminis iusquiami quartam.ʒ.vnius : admīstretur quando multiplicatur tenasmon: et vehemens fit dolor et vigilie potetur cum miua hoc est cum syrupo de citonijs.
¶ Modus licinij quo vtunt qñ dolor sit fortis ꝛ vigilie ꝛ est alex.mirabil'.ēē.myrrhe:litij : olibani: opij.ana.ꝑtes due. fiat liciniū ꝛ supponat:dicit alex.fiat liciniū de pāno nouo: ꝛ torqueat bñ ꝛ dissoluat opiū cū vino:ꝛ in eo ꝯficiāt al'as medicinas ꝛ inuoluant licinium in medicamine ꝛ vtātur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Cōfectio enemat⁹ retētiui: rizi excorticati: milij medulle glādis: lētis excorticate. ro. ana. pugill'. i. tres galle: τ funde desup. ij. lib. aque τ coquat̃ donec redeat ad lib. i. collētur de ea. ℨ. ij. τ dissoluat̃ i ea de troč. lētib⁹: τ fortib⁹ τ fundat̃ desup olei ros. ℨ. ß. τ vitelli assati oui. τ clisterizet̃ cū ea.
¶ Cōfectio trociscoꝝ leuiū boliar. ceruse de plūbo gummi sanguinis draco. acatie. ana. fiant ex eis trocisci: pōdere. ʒ. iij. τ dissoluatur vnus eorum et clisterizetur cum eo.
¶ Confectio trociscorum fortium proijciatur cū trociscis. ex istis. ʒ. i. carte combuste: opij tertiam vnius.
¶ Cōfectio clisteris de arsenico: cū quo clisterizat̃ qñ ꝓlongat̃ mora excoriatiōis τ putrefactiōis. ℞. medicamis herperis estiomeni: qd est i caplo oris aut. ij. opij. ʒ. ß. dissoluat̃ in decoctiōe lētis τ bal'. cū aceto pauco τ aq̃ aut cū aq̃ sicle postq̃ clisterizat̃ ante ipm cū aqua mellis: aut cū aq̃ τ sale.
¶ Confectio trociscoꝝ de alumie qui administrant̃ qñ fluxus vētris est valde sanguis plurimi: aut clisterizat̃ cū ea in vulua etiā ꝓpter istud: gallaꝝ alumis: balau. cortič. ğnatoꝝ succi⁹ ypoquistidos: ana. terant̃ τ clisterizet̃ cū eis: τ cū decoctione mediane corticis glandium balaustie et ro.
¶ Confectio clisteris ad egestionem sanguinis sine mucillagine intestinorum. ℞. gallas tres: rosa. ʒ. v. balaustia. corticum granatoꝝ. ana. ʒ. v. lentiū excorticatarū. ʒ. x. corticis mediani glandium. ʒ. v. decoquantur: et in colatura eorum fricet̃. ʒ. i. acatie. τ. ʒ. i. τ. ß. ypoquistidos. τ. ʒ. ij. boli. τ gūmi tantūdem clisterizetur cū ea. ¶ Confectio clisteris ad vlcera intestinorū in quib⁹ est sanies grossa: τ fetida: τ i quibus est sič lotura. sumat̃ mel et subtiliet̃ cū aq̃ τ clisterizet̃ cum eo bis aut ter in die: τ post ipsum clisterezetur cū hoc clisteri. eupatoriū: succ⁹ barbe yrcine: cortex median⁹ glandiū: rizi abluti: sitq; de rizi plus: decoquat̃ bñ et in colatura eorū dissoluat̃ de hoc medicamie. thuris sanguis draco. ceruse de plūbo litargiri albi. añ. ʒ. i. opij ex tertia. ʒ. i. vsq; ad. ʒ. ß. terant̃ iste medicine cū vitellis duorū ouorū cōtritis: τ dissoluatur in aqua illa τ clisterizetur cū ea.
¶ Unguentū laxatiuum: cere. ℨ. ij. olei cataputie. ℨ. iij. salis pistati. ℨ. ij. bulliāt in vino quousq; cera liquet̃ τ vētri τ vmblico imponas: τ si supponat̃ nimiū laxat. ¶ Alia cere cata

putie lactis titimalli.ana.ʒ.ij.opij. sal.marini.ʒ.i. oleum qd.s.bulliat in vino:et super ventrē pone vel suppone.
¶ Aliud lactis anabule et titimalli succi laureole:cucu.agrestis:fel bouis succi elli.ana fiat emplastrū cū farina ordei et stomacho suppone et similia multa de discretiōe propria poteris hmōi satis optima pro loco et tempore inuenire.

¶ Medicine vrine. Ca.xli.

Confectio vindach ad ardorē et difficultatē vrine et vlcera renū:et cū est caliditas vehemētior addat in eis sumach:et abijciat opiū. ℞.semis melonis excorticati.ʒ.x.semis citroli.ʒ.v.semis cucurbite dulcis.semis portu.semis iusq.al.boliar. semis apij.ana.ʒ.ij.aggregentur postq̄ contrita fuerint:et fiant inde pillule:similes auellanis:et dentur in potu ex eis.ʒ.iij.cum syrupo violato.
¶ Cōfectio ad vlcera renū et vesice se.citro.excorticati.ʒ.x. amigdal.dulces:pini granorum alkekengi.an.ʒ.iij.se.apij canab.boliar.gūmi ara.sanguis draco.thuris:semis iusq.albi opij.ā..ʒ.ij.informent trocisci ponderātes tertiā.ʒ.vnius.
¶ Cōfectio troc.vltimorum ad vlcera i renib9 et vesica cū qbus est confortatio et leuitas et icarnatio vlceris.i.sedatio doloris: et noiant troc.alkekēgi:qm̄ sunt loco eorum:sz sunt fortiores ad vehemētiā vlceris et doloris cū vrina mingit:se.citroli.ʒ. x.boliar.gūmi thuris : sanguis dra.se.papaueris al.amig. ama.excortica.succi liq.draga.amili.ā.ʒ.x.se.apij.ʒ.ij.granorū alkekēgi.ʒ.iij.opij.ʒ.x.et det.i.cū nō est acuitas cū sirupo vio.aut iulep.sintq3 trocisci ex tribus.ʒ.¶ Confectio collirij qd inijcit in vesicā sedans dolorē.ceruse sarcocolle: thuris:gūmi:amili:opij sanguis draco.an.fiāt ex eis colliria:et inijciat in ea i p̄mis aq̄ mellis et dent ea q̄ puocāt vrinā:deide dissoluat hoc in lacte et inijciat in eā p siringiam.
¶ Cōfectio puocās vrinā : se.apij meu.fu.dauci.rubee qua tingitur.petroselini:sauine:asari:ameos:se.feniculi gallie costi.amigdalarū ama.excorticatarū ana.ʒ.xx.se.melonis ʒ.x.cātaridarum.ʒ.ij.armoniaci aur.i.dissoluant cūvino et fiāt pill.siles auellanis:dos.ʒ.iij.ē eni bona ad difficultatē vrine:mollitiē in corpe:ydropisim yposarcā.et egritudines in quib9 necessaria est subtiliatio corpis:et qn̄ est caliditas addat in ea se.melonis:et detur de ea.ʒ.i.et plus vel minus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

¶ Confec.emplastri quo emplr̃atur pectē:et ꝓuocaꝛ vrinā:
se.sule:ruta calamētū:berēgesif.sansucꝰspica:balsamita.al
tea:folia rafani:napi:sceha:camomil.anetū ⁊ caul.coquā-
tur ī aq̄ ⁊ sedeat eger ī ea ⁊ fiat emplm̃ cū fece sup pectinem.
¶ Cōfec.epithimatꝭ fortis ad difficultatē vrīe:piretrū bau-
rach:sinapis:⁊ mastix.liniaꝛ cū melle in balneo:⁊ dimit-
taꝛ:donec mltiplicet sudor:⁊ balneeꝛ cū eo anꝰ:et alkatim
⁊ pecten ⁊ ylia. ¶ Cōfec.q̄ retinet vrinā valde: glandiū.ʒ.l.
thuris masculi.ʒ.xxx.coriādri infusi in aceto:mirabol.ni.
boliarme.ā.ʒ.x.fiat pluis:⁊ sumaꝛ ex eo oī sero ⁊ māe.ʒ.iij.
¶ Cōfectio q̄ retinet vrinā:glandiū.ʒ.xx.ros.mirtilloꝝ. aū.
ʒ.iij.acatie.ʒ.ij.amili:gūmi ara.boliar.ana.ʒ.i. lentiū ex-
corticatarū.ʒ.x. ¶ Cōfectio ad distillationē vrine sine ardo
re glandium thuris.ana.ʒ.c.granorum mahaleb:cipi:myr
the:galāge:cinami:enule:acori.ana.ʒ.v.terantur ⁊ suman
tur de puluere eorum.ʒ.iij.

¶ Confec.troc̃.diabetis.spodij succi liquiritie.ana.ʒ.x.se.
lactuce.ʒ.x.se. portulace.ʒ.xxv.ros. coriandri sicci.aū.ʒ.v.
acatie:gummi.sandali citri:lentiū excorticatarū:balaustie
boliar.ana.ʒ.ij.cāphore.ʒ.ß.fiant trocisci.ʒ.iij.et deꝛ vnus
in potu cū aq̄ rosarū:⁊ aq̄ ꝗnatorū acetosoꝝ. ¶ Confec.em-
plastri ad diabeten:⁊ dicit ꝙ ē nomen viri:⁊ dr ꝙ est nomē
exuberatiōis vrine:⁊ mltitudis eiꝰ ⁊ cōparaꝛ circino quod
incipit ab vno pūcto et redit ad idē:seminis portulace:sola
trū:caro porci semis melonis:citroli:aut rasura cucurbite:
quodcūq; presto fuerit:⁊ emplet cū eo et ꝑmutaꝛ qū fuerit
tepidū:sitq; cibus eius:lentes excorticate:acetū agresta:et
oīa que ingrossant sanguinē. ¶ Confec.trocisco.ad diariā:
malitiā cōplexiōis inflationē in stomacho calorē ⁊ tussim.
spodij.ʒ.ij. carnis berberis. ʒ.v. boliarmeni. ʒ.iij. thuris.
ʒ.ij.seminis portulace.ʒ.vi.sandalis.ʒ.ij.ypoquistidos.ʒ.v.
camphore.ʒ.i.lacce.ʒ.iij.teranꝛ ⁊ fiant troc̃.quorum quili-
bet sit.ʒ.iij.⁊ detur in potu vnus cum rob de papauere.
¶ Cōfec. ad rupturaꝫ experta acatie:cipressi nucis:sansuci
rute sicce.ꝗnoruꝫ lauri:gallaꝝ mugat:gūmi ara.aū.ʒ.xx.te
ranꝛ ⁊ cribellenꝛ:⁊ eliqueꝛ glutē pisciū cū ace.⁊ aggregen
tur cū eo oīa ⁊ fiat emplm̃ ⁊ coquāꝛ nuces cipssi cū aq̄:⁊ mi-
sceatur in vino ⁊ bibaꝛ:⁊ infantibꝰ fiat emplastrū cū psilio.

¶ Confectio trocis.bonorum ad mictu sanguinis:boliar.karabe.an.ʒ.x.acatie balau.gumi ypoqsti.an.ʒ.iij.sem.apij:iusqa.an.ʒ.ij.fiat.x.trocis.et dent i potu cu robub stiptics et dex.i. ¶ Cofe.empli ad ruptura experti:nucis cypssi ptes.ij.cipi sansuci gallarum:acatie thurs gumi ara.an.ptes eqles dissoluatur gumi in vino et aggregetur cu eo et fiat emplz. ¶ Confe.ad apa duru i testiculis:farine fabarum.ʒ.x. cimini farine ciceris coriadri sicci.an.ʒ.iij.bdellij.ʒ.v. dissoluant cu rob.et fiat empl'm testicul.Cofectio olei de scorpionib⁹ aristo.getiane:cipi:corticu radicis cappars.an.ʒ.i.pjiciat in lib.i.olei amigd.amararum:et dimittant hebdomada vna deinde colet:et ponant in eo scorpiones.x.et stet sub sole trib⁹ hebdomadis:deinde colet et admistretur. ¶ Cofect. medicamis ad lapide in renib⁹ se.melonis:carpobal.sem. rafani:dauci:petrosel.a.corticis radics cappa. corticis radicu oppo.amig.ama.baccaru lauri:sqna.cipi:spice:cassie lig.bdellij:armoniaci:serap.myrrhe pipis acori.an. ps. f. soluat bdelliu:armoniacu et serap.invino subtili:aut in aq mellis et aggregent pill.et dent in potu oi die.an.ʒ.f.vsqz ad.ʒ.i.cum aq se.apij et aqua seis fenicu.et capilli veneris et nutriatur patiens cu aqua ciceris nigri et oleo amigd. et qnqz cofortat hoc medicame:qnqz inuoluit oleo balsami talr humectet:dein pficit cu gumis et dat in potu oi die sexta.ʒ.i.de cinere scorpionu:et puers medietas sexte q parum adusti sunt fm qtitate qua teruntur.

¶ Medicine lactis. Capi.xlij.

Confectio medicine mltiplicats lac. R. se.baucie. napi:sulle:rafani:porris:cepe:fenicu. farine cice. an.sumat ex eo puluis mane et sero coedat post ipsum cicer infusum in lacte et potet sup ipm lac. ¶ Cofec. medica.abscindetis lac ex mamilla:farine fabarum.ʒ.x.sem. albedarogi farine rute.an.ʒ.v.liniant cu aq albedarogi. ¶ Confec.alia abscindes lac:semis albedarogi:se.agnicasti.an.ʒ.x.sauie ruthe sicce.an.ʒ. v.sumat pluis ex eo.ʒ. iij. ¶ Emplastru abscindens lac qd multiplicatu est in mamilla:se.albedarogi:farina ordei farina faba.meta calametu ruta.fiat emplastru et emplastretur cu camomilla.

¶ Medicine spermatis. Capi. xliij.

C Onfectio medicaminis addētis in spmate. ℞. se. baucie:napi:cepe:rafani granorũ pini:sparagi. granoꝝ alkikil granoꝝ alzelē:secacul: satiriō beē vtriusqꝫ tātūdē granoꝝ assenati:ligue auis. añ. ʒ. x. zinzib. macropi. cinamo. ã. ʒ. xv. altit bōi nasturtij:pipis se. eruce. añ. ʒ. xv. olei nucis idice:olei gnoꝝ alcodrātidā oīm eqlr. s. tm̄ in q̄ inuoluant oīa iuolutiōe hūorosa:ɔficiant cū melle sumāt ex eo. ʒ. v. mane ꝛ sero cū. ℥. i. lact cū tātūdē de zuc.
¶ Confectio ad minorandū sperma:et destruendū erectionē virge:se. agnicasti. ʒ. x. se. portul. tātūdē: folioꝝ calamēti exiccatoꝝ foliorũ ruthe. añ. ʒ. v. cimini ciperi balaustie. añ. ʒ. iij. sumant indē i pl'uere. ʒ. iij. ꝛ noiat sector gñatiōis.
¶ Cōfec. abscindēs sperma cū est cal'itas:se. lactuc. ʒ. x. ro. ʒ. ij. se. portul. psilij carui. añ. ʒ. iij. balau. folioꝝ nenufar. ã. ʒ. ij. sumant ex eo. ʒ. iij. cū q̄rta. ʒ. vni⁹ cāphore i hebdōada.
¶ Confec. clysteris addētis in coitu et calefacientis renes sem. eruce baucie:cinami:zinzib. macropipis. se. sulle: rafani:se. cepe ꝛ porri. añ. partē. i. ciceris ɔtriti tribuloꝝ frumēti decocti cū aq̄ sicut plus:fenugreci. añ. ptes. ij. caput arietis pigue et frustū anatis ei⁹ medulla ipsi⁹ et testiculi ipsi⁹ aggreget totū in vase cū. x. cepis ꝛ coopiat aq̄ et dimittat in furno hñte caput stricte opilatū:ꝛ approximet ius i cibo ex pte. i. ꝛ ex duab⁹. ℥. iuris:ꝛ ex vnctuoso. ℥. i. ꝛ ex olo d̄ nuce indica:ꝛ de gnis alcadra. ã. ℥. ß. ꝛ fiat eoꝝ ɔquassatio bona:donec ingrosset p eā et clisterizet cū eo in nocte cuz deberet dormire:postq̄ est clysterizatus añ ipsum cū aqua sicle et baurac. et purgatus fuerit a fece. et fiat cū eo clistere in nocte a prima vigilia ꝛ in medio eius. ꝛ in fine ipsi⁹ ꝛ regat cū regimie in q̄ est grossitudo:ꝛ incipiat ille q̄ addit in coitu:ludere cū mulierib⁹:ꝛ dimittat mulieres:ꝛ bibat vinū faciens delectationē. qm̄ multiplicat desideriū valde.

Medicine menstruoꝝ et emorroydarū. cap. xliiij.

C Onfectio trocis. de karabe abscindentiū sanguinē mēstruoꝝ nimis fluentē:et ad emor. ℞. karabe gūmi nuc lacte balaus. succi barbe yrcine. añ. ʒ. v thuris. ʒ. ij. opij. ʒ. iij. aggregent cū mucil. psilij dot. ʒ. ij. cū ʒ. i. succi sumac. ¶ Cōfectio ad emorroidas ꝛ lubricitatem intestinoꝝ:se. li. ʒ. x. granoꝝ nigelle. ʒ. v. bdellij. ʒ. vij. thur

masculi cipi:ameos.ā.ʒ.i.ꝛ.ß.sandal.de thei.ʒ.ij.ꝛ.ß.terā tur et dent in potu.ʒ.iij.cum aq̄. ¶ Confectio suppositorij abscindendū sanguinē emorroidaꝝ et ad exitū ani:thuris balau.gallaꝝ antimonij acatie:alumis fiāt colliria: ꝛ supponant:ad exitū vo ani terant et puluerizent sup anū et reducat intus ꝛ sedeat eger in decoctiōe myrthi: mediorū corticū glādiū ꝛ cordicū ḡnatoꝝ:et addit in collico cerusa.

¶ Confec.licinij ꝓuocātis sanguinē mēstruoꝝ ꝛ emorroid. ciclamen:ellebor⁹ al.calamētū:serap̄.euforb.resoluant cū aq̄ sauine recētis ꝛ fiāt suppositoria. ¶ Cōfec.troci.de myrrha alleuiās ptū et ꝓuocās mēstrua cinamo.myrr.ā̄.ʒ.ij. ꝛ.ß.folioꝝ ruthe exiccatoꝝ: cala.cordumeni:pulegij rubee asse serap̄.oppopo.ʒ.ij.fiāt trocis.pōdere.ʒ.ij.et det i potu vnus cū decoct.sauine. ¶ Cōfectio suppositorij ad ap̄a durū in matrice ꝛ dolorē frigidū:thuris bdellij iudaici:galb. ā̄.ʒ.ij.c̄c.oppop.armoniacij.ana.ʒ.i.mastic.castor.storac. liq̄de olei de lilio adipis anatis:olei camomill.ā̄.ʒ.iij.leniantur ḡme cum vino et melle:et eliquetur adeps et aggregentur oīa et fiant suppositoria et administrentur.

¶ Cōfec.decoctōis in aq̄ sedeat ad dolorē mricis. Sāsuc⁹ balsamita:schea:abrotanū se.caulīū fenugr.sem.li. camo. mellilotū.decoquātur oīa et sedeat in eis. ¶ Cōfectio q̄ ꝓuocat mēstrua:tertia.ʒ.i.euforbij.terat bene: et supponat sexta.ʒ.i.i lana hora vna:et nō dimittat plꝰ:q̄m fac̄ fluere sanguinē plurimū fortiter.cūq3 mltiplicat fluxus sanguis tūc succurre ei cibando cū rebus stipticis sicut vescit:et ponant i eo lētes excorticate et ex carnib⁹caro alduragi:ꝛ si nō inueniunt carnes alcubugi:et pulloꝝ etvinū stipticum.

¶ Confectio pessarij ad suffumigandū qd calefacit et adiuuat ad imp̄gnandū custor.storax:galbanū:euforbiū oppoponacū carpobal.grana albē costos:bdelliū:spica resoluātur cū vino:ꝛ fiāt pessaria noctib⁹ plib⁹ et sumat in potu oi die diamart.deinde approximet socio:ꝛ suffumiget cū eis etiā mltotiēs. ¶ Cōfe.trocisco.de ḡmis qui dant in potu q̄n difficilis est ptus valde ꝛ morit fetus:extrahūt em̄ fetū statim.℞.myrrhe oppop.galbani:serap̄.ā̄.asse ps.ß.dentur in potn.ʒ.iij.cū sacraiati decoctionis fenugr. ꝛ dactilorum ꝛ aqua ruthe:et suffumiget cum eis vna vice post aliā.

¶ Confectio vnguenti ad ragadias in matrice ꝛ ano et adustionē ignis cere colate.ʒ.ij.olei rosati.ʒ.x.ceruse plūbi.ʒ.x.plūbi adusti cōditi.ʒ.ij.amili.dragag.opij.aā.ʒ.i.albuginis vnius oui calidi:aggregentur oīa sicut vnguentū:est eñ bonū ad ragadias cū caliditate et ad ignis adustionē et ad oēm acuitatē. ¶ Confectio pill'.de bdellio ad emoroydas:mirabolanoꝝ nigrorum.keb.aā.ʒ.x.serap̄.ʒ.iij.nasturtij albi.ʒ.ij.bdellij pinguis.ʒ.xvi.dissoluant gūme cuȝ aqua caulīū et aggrega cū eis et fiant pillule.

¶ Confectio empl'i sedātis dolorē emorroidaꝝ: apostemosaꝝ et apatū ani:mellilotī:camomille decocte donec dissoluatur.aā.℥.i.cc.ʒ.i.vitelli oui elixati.ʒ.ij.opij:farine:sem̄.lini.myrrhe fenugreci:altee albe.aā.ʒ.v. aggregentur cuȝ rob.et ponatur sup faciē eius oleū sisaminū: et fiat empl'm cū eo et ꝯficiatur cū butiro et empl'etur cū eo:et qñqȝ addūtur in eo bdelliū pingue.et pinguedo gibbi cameli.

¶ Confec.emplastri alteri⁹ elixetur cepe et ꝯficiatur cū butyro et empl'et cū eo.est eñ valde vltimū:et sit cepe albū.

¶ Cōfectio al'.ad dol'.matricū ex apate se.li.contriti:altee ana.ʒ.v.vitelli oui elixati.cc.ʒ.ij.opij semi.iusquiami.ana.ʒ.i.adipis galline.ʒ.ij.rob cum quo aggregentur.

¶ Confectio suppositorij sedantis dolorē matricis.cc.olei camomille:adipis anatis opij.aā.supponatur cū lana.

¶ Confectio medicaminis emorroydarum sedantis dolorē olei de nucleis crisomiloꝝ.ʒ.x.storacis liq̄de.ʒ.i. bdellij ʒ.ij.dissoluātur in eo:et inungātur cum eo.

¶ Confectio vnguēti boni bdellij subalbidi:pinguedo gibbi cameli:medulla cruꝝ vaccini:nuclei crisomiloꝝ excorticati:storax liquida:vitella:duorū ouoꝝ liniantur cum oleo in quo decoctum est cepe et inungantur cū eo est eñ mirabile in leniendo.

¶ Medicine podagre. Cap.xlv.

Epithima ad podagram cū cali.℞.lupini armeni sandali citri:faufel. ros.rubeaꝝ sief.memithe radicem mādragore:apij:cāphore ana fiant trocisci.et liniantur cū aceto pauco ꝛ aqua ro.aut coriandri aut endiuie:aut solatri ꝛ qñqȝ addatur in eo cerusa ꝛ bolum ar.

¶ Confec.emplastri soluētis residuū podagre calide:mucilago psilij:mucillago se.lini ꝛ fenugreci: ꝛ farina amborū

et cerotū factū cū oleo camill'. aggregent̄ ⁊ liniant̄ cū eis. ¶ Cōfe. epithimatis ad podagrā frigidā: storacis liq̄de castorei: mirrhe: aloes acatie. an̄. ⁊ liniant̄ desup. ¶ Cōfec. de hermodac. ad podagrā: hermodactilo⁊ albo⁊. ʒ. i. aloes. ʒ. iij. scam̄. q̄rta. ʒ. vni⁹: semis apij sextā. ʒ. vni⁹. ⁊ est dos̄ vna. ¶ Confec. pill'. de hermodac. ad podagrā frig. ⁊ dol'. anche antiquū. hermodac. satirion: mezereō. an̄. ʒ. ß. colloq̄n. interioris: bdellij. ā. tertiā. ʒ. vni⁹ cētauree mioꝛ. ʒ. ß. euforb. castorei oppopo. asse galbani. an̄. ʒ. vnius q̄rtā scam̄. zinzib. pipis: sinapis: tapsie inde. an̄. ʒ. vnius sextā. yerap̄. ʒ. i. et ipsa est potio vna fortis: ⁊ media est medietas ei⁹ aut tertia. ¶ Confectio medica. albeseth minoꝛ eradicans podagraꝫ flegmaticā: camedreos: camepith. aristo. gētiane. fo. meu. dauci. petrosell'. folio⁊ ruthe cucur. rubee qua tingit̄ asari sauine ameos. an̄. sumat i potu ex eo oi die. ʒ. i. ⁊ nō cōedat sex hoꝛis hyeme tota. ¶ Cōfect. clysteris ad sciaticū fortis corticis radicū cappis. corticis radicū coll'oq̄n. pulpe ipi⁹ cētauree minoꝛ almezeriō: hermodac. satirō: nasturtij: azahasem. sesnedē tapsie se. rafani baucie eruce. ā. pugill'. i. coquāt̄ cuꝫ aq̄ et misceat̄ colatura eo⁊ muri nabati ⁊ ol'm de kerua: ⁊ fiat clistere de ea totiēs donec excoꝛiationē faciat deinde clisterizet̄ hoc clistere: q. ℞. casto. galbani: bdelliū storac̄. oppo. cū eufoꝛ. bezard: resoluāt̄ in ol'o costino ⁊ fiat clystere. ¶ Confec. collirij q suppositū excoꝛiationē facit ⁊ sedat doloꝛē. pulpe colloq̄n. ciclamē. baurac: armoni. fiant coll'ia lōga. ⁊ supponant̄ et pmutet̄. ¶ Cōfec. empl'i ad anchā foꝛtis: stupefaciēt dol'. calamē. exiccatū tapsia sinapis cortic radicū cappis lac ficus cū q̄ aggregent̄ et adiūgat̄ loco doloꝛis q̄usq̄ cadat. ¶ Cōfe. empl'i resoluētis duritiē et lapideitatē ex iūcturis. fenug. amigd. amara⁊ armoni. bdelliū resolnant̄ cū ol'o de alchāna: aut oleo de lilio ⁊ aggregent̄ ⁊ fiat empl'ꝫ. ¶ Et cū tu clisterizas clisteri acuto ⁊ currit sāguis: tūc clisteriza ip̄m cū adipe poꝛcino ⁊ rizi q̄m sedabit̄ moꝛdicatio vehemēs: ⁊ clisterizet̄ an̄ ip̄ꝫ cū clisteri educēte fecē et mūdificāta itestia. ¶ Medi. algebꝛe. ca. xlvi

Emplastrum de algebꝛa. ℞. mes. excoꝛticatos acatiam mugath: bolū arme. fiat sicut alcohol et applicetur loco ita vt ei adhereat.

¶ Confec. emplastri linie̅tis duritie̅ cere citrine.ʒ.i.olei de lilio.ʒ.i.adipis galline aut anatis medulle cruriū vaccine mucillag.psilij: se.li.añ.ʒ.i.aggregētur et empl'ent cū eis.

¶ Cōfectio medicaminis sedātis dolorē quousq̧ fiat algebra.i.restauratio in potu dent̄ cuȝ casus acciderit mumie grana.ij.⁊.f.in vino stiptico:aut oleo ros.sedat eñ dolorē vsq̧quo fiat algebra. ¶ Vnguentū egyptiacum.

Vnguentum egyptiacum:floris eris.ʒ.iij.mellis ʒ.viij.aceti.ʒ.iiij.tere permisce bulliat donec inspissetur:reserua vsui et repone.

¶ Libri diuisionum rasis finis.

¶ Rubrice libri diuisionum antidotariū rasis.

Finis tabule.

¶ Sequuntur nouē capitula que nondū impressa fuere sed semper omissa que etiā derelicta in presenti volumine fuerant propter mendosum exemplar.

¶ De apostemate matricis. Capitulū.xc.

Quandoqꝫ accidit ex retentiōe mēstruoꝝ aut diffi cultate ꝑtus: aut ex percussiōe sup matricē: aut tēsione in ea. Et signa quidē apātis calidi oīno sunt fe. acuta sicut fe. birsen et nigredo in lingua et dolor capitis ꝛ timie et catin ꝛ ylioꝝ: et difficultas vrine ꝛ ege- stionis ꝛ frequētia pulsus et anhelit⁹. Et cura eoꝝ est sil'r flōmia basilice. In illo vo qꝺ accidit post difficultatē par tus aut ex ꝑcussiōe sup matricē: principiū medicatōis eoꝝ est vnū. Et signū apostematicis acuti est vnuꝫ totius est fe. acuta dū nō videt mulier sanguinē pl'm. Et cura ei⁹ est flo- botomia. et clysterizet matrix cū mucillagine psilij aut ex oleo ro. cū aq̄ arnoglo. Et regat patiēs regimine patiētis birsen: dādo in potu aquā ordei ꝛ alia: ꝛ si dolor valde sit fortior ꝛ retinent egestio ꝛ vrina: sedeat egra in decoctiōe camomille et fenugre. ꝛ se. lini et non transeat aqua vmbi licū. neqꝫ egram dimittat potare aquā. et inungat hic lo- cus ꝛ cū oleo camo. ꝛ oleo de keri citrina. et si nō fuerit il- lud: tunc non facias illud vsqꝫ ad ebdomadā vnā. ¶ Et con uertitur apā acutū in matrice aut ad sanitatē cū resolutio ne: aut ad aggregationē saniei: aut ad apostema durū. Et signa collectiōis saniei sunt quies pulsatiōis. ꝛ sedatio fe. et dimissio horripilatiōis in dispositionibus quibusdā. Et signa apostematis duri sunt sedatio caliditatis fe. ꝛ acui- tatis eius cum residuo grauitatis et magnitudinis in pe- ctine ꝛ in timia ita ꝙ quādoqꝫ apparet tactui si fuerit ma- gna difficultas egestionis et vrine. ¶ Et cura collectionis saniei est vt emplastret locus matricis post diem septimū a principio apostematis acuti cū rebus lenificantib⁹ ꝛ se- dantibus dolorē sicut camomilla et altea. et se. lini et fe- nugre. et fundatur in matrice ex mucillaginibus eoꝝ. et assiduet sessionē in aqua calida ꝛ inūctōe cum oleo aliquo tepi. tādiu donec appareāt signa digestionis saniei. Dein- de moueatur ita vt descendat a gradu cum facilitate: aut salliat: aut fiat cōpressio super locum apostematis tandiu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

donec egrediatur sanies.et quādo cōmouetur: ꝓcedit hor ripilatio et sedatur grauitas ⁊ egra inungit sanguinem. quare tunc oportet vt in potu sumat semina ꝓuocātia vrinam.⁊ mūdificantia matricē tot donec minoretur sanies. deinde curetur cū medicamine incarnatiuo per clystere.et dentur in potu trocisc.de karabe incarnatiui.⁊ ponat̄ vnguentum incarnatiuū cuius virtus profundatur super locum vel membrum in quo fuerit dolor.

¶ De cura apostematis duri in matrice. Cap̄.xci.

Cuiusquidā signa sunt vt dictū est quies caloris fe. et acuitatis eius cum reliquijs grauitatis et magnitudo in pectine ita vt appareat tactui si fiunt plurima ⁊ difficultas digestiōis ⁊ vrine.Et cura collectionis saniei est vt emplastretur locus matricis quare oportet vt succurrat̄ cū lenificantibus et resoluentibus velociter.et non negligat̄.cum eñ antiquatur et non lenitur: non est possibilis eius resolutio et fit cancer.Et eius cura est assidue emplastrū superponere loco doloris cū bdellio ⁊ storace et armoniaco et reliquis q̄ dicemꝰ ex medicinis et emplastris que resoluunt ap̄ata tam dura cū clisteribus et cum mucillagine fenugreci.et mucillagine se.lini et cū oleo aneti.et oleo camo.et oleo de lilio.⁊ de narciso ⁊ storace liquida.et reliquis que narrabo ex illis quibꝰ clisterizatur matrix ꝓpter ap̄a durum.et si pertransit spaciū mēsis vnius vel duorū et non sedatur dolor oīno:et remanet grauitas et magnitudo:tunc iam incurrit duritiēque non resoluit̄.quare tunc oportet vt medicetur egra cū tinis et inunctione cū oleis lenibus.si autē cum hac magnitudine antiquatur dolor:tunc ipsum iam factū est cancer.

¶ De cancro matricis. Cap̄.xcij.

Cum induratur apostema accidens in matrice et non resoluitur et remanēt in ipso cū duritie caliditas pauca.et dolor et pulsatio non fortis: tunc apostema durum factū est cācer.Et cura eius est sĩlis cure apostematis duri.tamē in principio.nam cū antiquat̄: nō sanatur.Uex nō tolerat cācer ap̄a.emplastra ⁊ clysterizia et suppositoria in quibꝰ sit de caliditate tm̄ quantū est in illis quibꝰ medicat̄ apostema durū cū quo dolor penitus

non est. quapropter oportet vt curetur cum oleo de keri. ⁊ oleo camo. ⁊ adipe galline et anatis in quibusdã dispositionibus ita vt cũ augmentat pulsatio: curet cum oleo ro. et mucillagine psilij et emplastris infrigidãtib⁹ tãdiu donec sedetur pulsatio paulatim. deinde redeat ad calefaciẽtia cum facilitate et lenientia. nã si tu nõ feceris illud: vlcerabitur etiã cancer vlceratus deterior est q̃ põt esse. ⁊ signum quidẽ vlceratiõis eius est q̄ currit ex matrice virus nigrũ fetidũ. tunc ergo cura egrã faciẽdo ipsam sedere in tina. et clisteriza cũ lacte mulieris: cũ collirio al. ⁊ aliquãtulo opij: ⁊. cc. vt sedetur dolor. et da in potu de medulla cassiefistu. ⁊ oleo amigd. super decoctionẽ ficuũ ⁊ passularꝫ et iuiubarum ⁊ sebesten. ¶ De mola mricis. Cap. xciij.

Ex hac egritudine inflat vẽter et magnificat sicut dispositio impregnate: et retinẽtur menstrua. ita vt nõ dubitetur in ea quin sit impregnatio ⁊ ꝓlõgetur tẽpus eius: ⁊ dr̃ia quidẽ inter ipsam et inter impregnationẽ est vehemẽtia magnitudinis vẽtris. et mollities mamillarũ. In al. pedum ⁊ q̄ pertrãsit horã in qua mouetur embrio. ⁊ non mouet in ea oĩno immo qñq3 permutat a loco post cõpressionẽ vehementẽ. deinde parit post laborem vehemẽtẽ frustrũ carnis cui nõ est forma: et qñq3 egreditur ex ea ventositas grossa: et humiditates plurime tm̃. et detumescit venter: et destruũtur accidẽtia: et accidit mulieri hic dolor ex retentiõe spermatis per naturã et est cõsueta viro. deĩde abscinditur ab ea illud subito sicut dicit G. in retentiõe mẽstruoꝝ. ¶ Et eius cura est vt in potu tribuas aquam radicis cũ oleo de kerua et yerap̃. et medicinas fortes in ꝓuocatiõe menstruoꝝ. et dyamarthe ⁊ dyacucurma magnũ: et tyriaca dyatessarõ. et sit cibus aqua ciceris et alisidabegeth. ⁊ ea q̃ sunt frixa in patella. ⁊ da in potu ex pil. fetidis solutiuis doses continuas. ⁊ suppone in matrice colliria fortia in ꝓuocatiõe ai. et bibat aquam ruthe. et decoctionẽ fenugre. et dactil. ſm q̄ diximꝰ in capitulo ꝓuocatiõis animi: et euaporet ventrẽ cũ pãno ca. ⁊ inunge cũ oleo in quo decocta est rutha ⁊ da in potu post illud medicinas que expellant embrionem.

¶ De prefocatione matricis Cap. xciiij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

HEc egritudo accidit mulieris ꝑpꝛie ſiĺis epileptie vel apoplexie: ſed differentia inter eā ⁊ epileptiaꝫ eſt ꝙ mulieri in hac egritudine non deficit ratio ſua neqꝫ currit ex oꝛe eius ſpuma: et ſentit quiddam eleuari ex parte pectinis vſqꝫ quo perueniat ad os ſtomaci: deinde cadit et ſuperuenit ei ſincopis. et quaſi moꝛtua cadit. ⁊ tūc nō ſentitur ei pulſus neqꝫ anhelitus. ⁊ qn̄qꝫ pꝛefocatur et moꝛit. et quandoqꝫ ſanat poſt laboꝛē et deſperationem quare opꝫ vt fricent pedes eius vehemēter et ligētur ⁊ ponatur ſuꝑ inguina. inde aĺ. ſument eius vētoſa magna ſine inciſione. et abſtergat obſtetrix digitos ſuos ex coloc ⁊ fricet cū eis os matricis et ſufffletur in naſum ei⁹ condiſi ⁊ vociferetur in aurem eius et nō facias ip̄aꝫ odoꝛare res odoꝛiferas. imo line os matricis et ſumen eius cū odoꝛiferis. Et fit aut ꝑpter retentionē menſtruoꝝ: aut ꝑpter retentionē ſpermatis. cū ergo menſtrua ſunt currentia ⁊ mulier eſt innupta: tūc cura eius eſt vt nubat. ſi ꝟo illd nō ꝑperat et ſꝑma nō mīoꝛat ſumat egra in potu medicinas minoꝛātes ſperma ex eis q̄ diximus. ⁊ inungat obſtetrix digitos ſuos quibuſdā oleis odoꝛiferis et imittat eos ī matrice et fricet eam: et ſupponat ſibi ſiſimbꝛium cū oleo ſambucino. Et ſi mulier ledit: tunc cā eius eſt cū oleo ſambu. ⁊ appꝛoximet naribus ei⁹ pān̄us aduſtus et ſulphur. et ponātur ventoſe ſuper inguina. et fricent pedes et cōpꝛimant. in hoꝛa autē dimiſſionis paroxiſmi dent medicine que minoꝛant ſꝑma Et qn̄qꝫ ſequitur ex deſtructione anhelit⁹ et pulſus in hac egritudīe in hoꝛa ꝑoxiſmi quiddā per qđ timet ꝙ egra iā ſit moꝛtua. et qn̄qꝫ remanet die ac nocte et duob⁹ diebus ſm̄ illud. tūc ergo opꝫ vt aſſiduet fricatio oꝛis matricis. et odoꝛet res fetidas. et ponant res odoꝛifere ſuꝑ matricē et veſicā et ſumē donec cōualeſcat. ¶ Cum aūt illud eſt ex retentione menſtruoꝝ: opꝫ vt flobothometur ſophena et ventoſentur crura et ponantur ventoſe ſuꝑ inferioꝛa ventris: et dentur in potu ea que pꝛouocant aī. ex eis que diximus in diſpōne autē paroxiſmi cā vtriuſqꝫ ſpeciei eſt vna.

¶ De difficultate impregnationis. Cap. xcv.

FIt aūt ꝑpter multitudinē adipis aut ꝑpter paruitatē virge aut quia ligamētū capitꝭ virge abꝛeuia

tum est ⁊ spasmatum quare non impellit sperma ad inte=
riora: aut quia mulier cito surgit post coitum et ambulat et
mouetur quare cadit sperma: aut ꝓpter ventositatē grossam
in matrice: aut quia matrix est frigida ⁊ lubrica in qua sunt hu=
miditates plurime superflue cōmixtiōis infrigidate et hūidi=
tate: aut ꝓpter malitiā cōplexiōis i multitudine caliditatis
⁊ siccitatis: aut est cōplexio spermatis mala. ¶ Et fit ꝓpter
emorroydes etiā ⁊ vlcera mala existētia in ipsa: aut ꝓpter
cōueniētiā ꝯplectiōis viri ꝯplexiōi mulieris in malicia: aut
ꝓpter opilationē meatus ⁊ illud fit ꝓpter adipē aut carnē ortā.
¶ Illius aūt q̄ fit ex multitudie adipis signa sunt manifesta
at vo qm̄ nō est sup pectus mulieris ⁊ scapulas eius ⁊ adiutoria
eius ⁊ coxas eius plurimū carnis ⁊ adipis. ¶ Et signū eius est
descēsio vētris vltra mēsurā. ⁊ frequētia anhelitus cōmouetur
⁊ ledi q̄liter vētositate aut stercore: aut vētositate aggrega
ta i vētre. ⁊ cōstrictio recipiētis. Et cura eius est illud qd exte=
nuat ⁊ destruit adipē ex eis q̄ dicemus in capitulo extenuatiōs
pinguedis. deide suppositoria adiuuātia ad impregnationē
⁊ similr suffumigatiōes adiuuātes ad illud. ¶ Cū aūt est opila=
tio ꝓꝑ carnē q̄ est sic verruca i meatu: aut collū eius strictum
est. tūc cura eius ē timorosa qm̄ idiget medicis ꝯsumētibus il=
lā carnē vñ oio fit securitas qn̄ ꝯmoueātur postea vlcera ma=
la i matrice q̄ est difficilis. sanatiōis. ¶ Illius aūt q̄ est ꝓꝑ par
uitatē virge: cura est eligere ex mulieribus ꝑuas. ⁊ erigere ca
put eius cū coitus fit: ad iferiora et eleuare anchas ad supiora
quātumcūqꝫ possibile est ⁊ vehemētia ꝯtinuatiōis vel adhe=
rentie apud euacuationē ⁊ vt nō moueat se. ¶ Illius aūt que
fit ex abreuiatiōe ligamēti capitis virge: signū eius ꝙ caput
virge est arcuatū curuatū ad partē testiculorū. Et cura eius
est vt incidatur ligamētū illud paulati ⁊ ponatur sup aliq̄d eq̄le
⁊ extēdatur sup illud ⁊ ligetur aut leniatur cū aliq̄bus lenificātibus
⁊ ligetur desup deide extēdatur ⁊ equetur ⁊ ligetur. ¶ In illa aūt
que fit ꝓpter velocitatē erectiōis mulieris ⁊ velocitatē mo=
tus eius post coitū quare cadit ex ea sperma: opꝫ vt dormiat
post coitū quare cadit ex ea sperma: opꝫ vt dormiat post coi
tuꝫ anchis eleuatis ⁊ capite eleuato apud coitū ⁊ post ipm
post horā vnā: ⁊ nō ꝓperetur subito. s. ad surgēdū: ⁊ ponan
tur sup matricē ventose cū igne. ⁊ emplastretur cū emplis ca=

lefaciētibus ꝛ clisterizetur cū eis que calefaciūt matricē ex eis que dixemꝰ. ¶ Cū autē matrix est frida: tunc signa eius sunt subtilitas mēstruoꝝ: ꝛ paruitas rubedis sanguis: ꝛ paucitas piloꝝ ī pectine: ꝛ paruitas mēstruoꝝ: et elōgatio tp̄is eorū. Et cura eiꝰ sunt pessaria calefaciēcia ꝛ suffūigatiōes ꝛ epithimata calefaciētia matricē: et q̄ adiuuant ad partū ex eis q̄ dicemꝰ: ꝛ decliatio cibi ad ea q̄ calefaciūt et acceptio elcioꝝ ca. ¶ Illiꝰ vō q̄ fit ex lubricitate matricꝭ ꝛ ex debilitate ipsiꝰ signa sunt ꝙ aborsus fit embriōis anteq̄ꝫ magnificeꝛ ꝛ currūt assidue ex matrice hūiditates plurie q̄re opꝫ vt admīstreꝛ vomitꝰ cū eis q̄ educūt flegma deīde supponatur collirisī de īteriorībꝰ collo q̄n. ꝛ sarco. recipiēte: deīde clisterizeꝛ cū aliq̄bꝰ odoriferꝭ stipticis ex illis q̄ ꝯfortāt mr̄icē de illis q̄ dicemꝰ. ꝛ ponanꝛ sup ipsaꝫ ex illis: ꝛ sint cibi eiꝰ frixi: ꝛ ī patella p̄paratī: ꝛ admīstreꝛ regimē exsiccatiuū ¶ Illius aūt q̄ fit pp̄ grossaꝫ ī matrice vētositatē: signa sunt inflōsumis semp: ꝛ noceri a cibis īflatiuis: ꝛ aborsus anteq̄ꝫ magnificeꝛ embrio. Et cura eiꝰ ē aq̄ radicis: ꝛ oleū de kerua in hora in q̄ nō est īpregnatio: ꝛ oīa q̄ exiccāt vētositatē: ꝛ illa quibꝰ matrices fride curanꝛ ex suffumigatiōībꝰ aliis. ¶ Illius vō q̄ est pp̄ caliditatꝭ sup̄fluitatē: eiꝰ signa sunt extenuatio mulierꝭ: ꝛ ml̄titudo piloꝝ ī sumine ꝛ paucitas mēstruoꝝ: ꝛ grossitudo eoꝝ: ꝛ nigredo eoꝝ. Et cura eiꝰ ē regimē impinguatiuū qđ eq̄t ꝯplexionē eiꝰ cū cibis īfrigidatiuis in aliis: ꝛ admīstratio illiꝰ spacio aliq̄ ꝛ cibi infridatiui tp̄ati: tp̄atꝭ vsq̄ꝫ quo corpꝰ eiꝰ impigueꝛ ꝛ mioreꝛ eiꝰ īflāmatio. ¶ Illiꝰ aūt q̄ fit ex friditate matricis signa sunt ēt extenuatio animi ꝛ paucitas mēstruoꝝ ꝛ siccitas vulue assidua. Et cura eiꝰ est dilatatio ī cibo ꝛ assiduatio balnei: et viuū plurie cōmixtiōis: ꝛ assiduatio coitꝰ: ꝛ admīstratio oli ꝛ adipis ꝛ pessaria liniētia. ¶ Illiꝰ aūt q̄ fit ex emoroidibꝰ et ex vlceribus malis existētibꝰ ī matrice cura ē illđ qđ diximꝰ aū: nā pregnatio nō fit nisi ex sanitate ī matrice ¶ Illius aūt que fit propter maliciā cōplexiōis spermatis ita vt sit vehementis caliditatis aut vehementis frigiditatꝭ signa sunt signa cōplexionis corp̄is calidi et corp̄is frigidi. ꝛ citrinitas sp̄matis et paucitas eius. ꝛ fetor odoris stercoris eiꝰ est significatio exitus eius ab eq̄litate ad calorē. et exuberatio eius et

virtus patietur: cū sanguis infirmi quantitas intelligitur: si parua sit nutriendus erit cibis bonis generātibus bonū sanguinē post flobotomādus et iterū nutriēdus. Si tertia minuendi videat͛ vtilitas: et hic maxime si sanguis turbidus et grossus sit iterꝫ minuere incipias. Si ab initio morbi multa inuenitur quātitas sanguinis ab initio est minuēdū et auferendū quantū videat͛ nobis. nutriēdus est dieta que refrigerat et solidat: ꝛ cito sit digerenda: sicut ptisana ꝑfecta que cū cancris flumineis sit cocta: a q̄bus exteriora sint proiecta et interiora mundificata bis vel ter cū cinere et dulci aqua. deinde pistata et ptisana bene cocta. Que oīa dū colata fuerit circiter tertiā partē libre. dentur sepe et q̄tidie. Si infirm⁹ febricitet cū. ℥. i. succi maligra. dulcis dentur et nutriantur cum cucurbita: et bliti: citru: vel cum amigdaleo: et q̄ ab eo bibitur aqua cū syrupo vio. vł psilij syrupo misceatur. In sero psilium misceatur: et gummi ar. detur etiā dragagā. bolum cū succo arnoglose: bolum etiā valet ptiticis: humectationē eñ desiccat vulnerū pulmonis et carnē reducit: dentur aūt frigida caloris febriū desiccatiua. ¶ Si screare nō possit det͛ ysopus cū melle viol͛. coctus: vel electuariū istud. ℞. iuiube. ʒ. xl. vue passe mūde ʒ. xxx. seminis malue. ʒ. iiij. cancri fluminei. ʒ. xx. capillorū ve. virge pastoris arnoglose. ʒ. v. liquir. ℥. i. oīa coquātur in tribus libris aque vsqꝫ in. iij. partē redigantur. sape. iij. ꝑs libre adisigatur: zuccare. ij. partes excoquātur vsqꝫ ad spissitudinem mellis. deinde gūmi accipe dragagā. seminis citonioꝝ. aā. ʒ. viij. amidi seminis portul͛. ana. ʒ. vij. seminis papaueris. ʒ. v. fac puluerē tēpera cū supradictꝭ. Da tūc cuꝫ stomacus nō sit plenus cibis. ¶ Si patitur ꝯstipationē infirmus: natura ei⁹: non tñ cū impetu in molliciem mutetur cū syrupis et clisteribus mollientibus pectus cū oleo viol͛. et ro. vngat͛ quantū magis possum⁹: et ne venter soluatur multū studeam⁹: ptisici eñ et empici si ad solutionē deueniunt cito moriunt͛. Qđ si euenerit detur succus ordei et milij assatoꝝ: deinde bene decoctoꝝ cui adiungat͛ gūmi arab. et mica panis et amigdaleon et zucca. oībus assatis in aq̄ quā bibunt ponam⁹ gūmi arabi. bolum spodiū. Si perseueret solutio pul. istū dato. ℞. gūmi arabi. boli. se. myrthe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

omniū assatorū. aā. ʒ. iij. amidi arsi. cancri incensi. se. portul. aā. ʒ. ij. spodij se. malue arsi. ana. exag. i. oia hec pulue rizentur ⁊ cū oleo ro. fricentur. dentur cū syrupo myrtino ⁊ aqua frigida quantū sufficit. ¶ Si screatus fetorē horribilem habeat cū superponatur carbonib⁹ mors denunciatur. Si capilli cadūt ad mortē appropinquāt. ablationē enim portendūt nutrimenti. ¶ Aliquādo etiā corruptionē hūoris ⁊ apostema pulmonis ex humoribus flegmaticis fieri intelligim⁹: vnde in initio morbi dāda est maturatiua medicina: sicut liquir. capill⁹. veñ. fenugre. lini se. vel cicer. cc. ficus: vue passe: oia cocta. Dandū est etiā dyanisum dyapinea dyafenugre. dyaprassiū. Si apostēa maturauerit aut crepuerit ysopus coctus cū melle ros. dandus erit. Si infirmus screare non possit: quia apostema indurauerit dentur calefactiua sanguinis ⁊ santem mūdificantia ⁊ tussim adducentia sicut orobi farina ⁊ aristolo. rotun. atq͂ long. piper lon. cinamomū: alitimū acorum: costū: cassialig. spica: et similia. ¶ Qd̄ si inueterauerit apostema vel pulmo indurescat q͂ ex parte substantie pulmonis monstrabitur cum screatu proiecta: desiccatiua dentur atq͂ subtiliantia que desiccent atq͂ subtilient vulneris humectationē: sicut tyriaca athanasia: omorosia: metridatū ⁊ silia: odoriferos flores adhibeant naribus: ⁊ sepe cū aere ⁊ aqua temperatis balneentur. cibentur cibis chimos laudabiles generantibus. mellicratū bibant: omnez medicinā cum melle mixtam ⁊ mundificatiuā demus. Si securi fuerimus q͂ humectatio apostematis desiccetur ⁊ materia auferatur. deinde vulneris desiccatiua ⁊ mundificatiua demus: sicut ro. balausti. acatiā gūmi dragagā. masti. cacabre. bolum. sanguinē drac. ematitē: myrte se. arnoglosaz ⁊ similia. G. inquit. Si peripleumonici ad febres deueniāt: vel ab īitio eas habeant: eos impossibile est curari posse: sed tamen si superiorē sequātur institutionē aliquandiu viuere possunt: hec eñ medicīa desiccat ⁊ indurat vt diu pmaneat. ¶ Trocisci. Jo. Dam. ad hec sunt pficui si vene in pectore vel pulmone rupte fuerint solidant. ℞. boli amo. aā. ʒ. iij. charabe se. myrrhe coralli spodij ematitis. ana. ʒ. v. gūmi ara. liquir. succi. aā. ʒ. vi. cancrorum incensoꝝ se. portul. aā. ʒ. x.

fac puluerē tēpera cum succo arnoglo. fiat trociscus exag. i. detur vnus cū succo cucu. ⁊ portul. ¶ Aliud. ℞. ℥. ʒ. iiij. myrthe cinamomi, gūmi lentisci: spice cassielig. dragagā. thuris carabe. an̄. exag. i. oībus puluerizatis mel sufficienter adiungatur ⁊ in modū ossis dactili pill. fiant ⁊ sub lingua ponantur. ¶ Alie valentes pustulis pulmonis ⁊ vulneribus mūdificātes ⁊ solidantes. ℞. balaustie ro. ana. ʒ. ij. sang. draco. amidi thuris. an̄. ʒ. i. charabe. ℥. an̄. ʒ. ß. tēpera cum succo citoniorum: ⁊ fac trociscos. exag. i. da bibere cū aqua frigida. ¶ Aliud. ℞. gūmi dragagan. mastic. ana. exag. i. acatie myrte: sangui. drac. ā. ʒ. ß. fac pul. tpa cū succo myrthe ⁊ fac trociscos. ¶ De reiectiōe sanguis. Ca. viij.



Sanguinis reiectio duob⁹ modis efficit̄ cū tussi ⁊ cū rascatione cum tussi a pectore exit et sibi adiacentibus mēbris cū rascatione ex gutture ⁊ ex adiacentibus mēbris vuule. ¶ Screare sanguinem est vel ex vulneribus pectoris siue pulmonis: siue dyafragmatis vel ex apertōe venaꝝ pectoris siue mēbrorū sui. Sanguis ex venarū aptiōe fit tripl'r: vel ex sui ꝯsumptiōe venarū ⁊ dr̄ dyābrosis vel ex oris eaꝝ aptiōe ⁊ anastomasis dr̄ vl' ex incisiōe ⁊ rixis appellat̄. Cōsumptio est ex hūorib⁹ acutis ⁊ colericis vel salsis vl' flegmaticis: in hoc gn̄e paꝝ exit de sanguie. Aptio oris eaꝝ ex nimio ē motu ꝟtutis. expulsiue: vel ex defectiōe ꝟtutis cōtētiue in venaꝝ ore vl' ex hūorū nimia quātitate: ꝟtus expulsiua nimiū mouetur ex acutis humoribus ⁊ pungentibus: vel ex salsis ⁊ putrescentib⁹. Defectio contētiue in venarum ore ex nimia est humiditatis emollitione. humorū eni quātitas venarū insequitur ora: vt ea coacta aperiat: sicut videmus mustū facere feruidū: qd̄ exit cum apertum vas inuenit: vel clausum vi aperit vt ebulliat. In hoc gn̄e nullus videtur esse dolor: ⁊ tamen multū videtur exire: venarum incisio vel interior fit vel exterior. exterior ex vulnerib⁹ vel eaꝝ extēsionib⁹: vulnera sunt ex ꝑcussiōe: vl' ex casu succedēte: distēsio vl' ex saltu vl' ex nimijs clamorib⁹. Interior ex quātitate hūoꝝ ē sicut dixim⁹ in quo gn̄e m'lto ceteris peiore sanguis mult⁹ exit sepissime ⁊ cū nimio dolore mult⁹ ei sanguis ex vena incisa egredit̄. ¶ Medicādo

ſanguinē ſcreāti oꝫ qͥetē iniūgi: neqꝫ multū flatū emittat. Qđ ſi ſit ꝟtuoſus ⁊ tꝑatū ſit tp̄s etas ꝯueīēs baſilica erit incidēda ⁊ bis vł ter erit minuēdꝰ ſāguis ꝗ ad totā ſupflui tatē exiſſe cōpiamꝰ:⁊ ī latere illo niſi erit doloꝛ de vena q̄ inter auricularē ⁊ medicū ē minuaꝛ:⁊ de eiuſdē lateris ba ſilica.Extractio āt ſanguis ſit quātū ſufficiat. Si īfirmꝰ ca leat:ſꝫ tn̄ fortiꝛ valeat digeſtio emolliaꝛ cū caſſiafi.māna iuiub.prunis:⁊ ſiłibꝰ:vt acumē ſanguis minuaꝛ ⁊ ſubtilie= tur:deīde medicīa deꝛ ꝯueniēs īfirmitati.Ħ faciamꝰ ſi ſcrea tuꝫ ex venaꝝ ꝯſūptiōe p̄ſenſerimꝰ medicinā viſcoſaꝫ demꝰ: ſicut portuł.mal.ptiſanā.cū caneris flumīs draga.pullos perdices:faſianos cū portuł.⁊ amigda.coctos:aq̄ quā bi= bit cū ſyrupo viol.⁊ iuiub.mixta ſit. ¶ Si ſit ex aꝑtiōe oris venaꝝ deꝛ ſtiptica medicina:ſicut balauſt.flores maligra. ſumach:cortices maligr.hypoqͥſti.ſanguis drac.flores cel ſi ⁊ ſiłia.Cibꝰ ſit granū coctū cū extremitatibꝰ aīaliū tri. vel oua:ptiſana de ſucco ordei vel de ordeo aſſo cū amido: gūmi arab.⁊ amigđ. In aq̄ quā bibit ſapa myrtina ponaꝛ cū gūmi arab.⁊ ſpodio. ¶ Si ex venaꝝ ſit inciſiōe deꝛ me= dicina parū ſtiptica:⁊ młtū ꝯſolidatiua ſicut bolū ar.ami= dum ſpodiū cacabre:ał.charabe ꝯcula incēſa:ſe.citōioꝝ:⁊ ſiłia.Nutriaꝛ cū tri.⁊ cū aīaliū extremitatibꝰ ouoꝝ vitel= lis aſſatis vł in aq̄ coctis.ī aq̄ mittamꝰ gūmi arab.draga. ſpodiū vt bibāt.¶ Medicīa deꝛ ꝯfecta q̄ ſibi valeat: ſicut trociſci ſcreātibꝰ ſanguinē valētes.⁊ ꝯſolidātes: q̄s.G.ī antidotꝭ.ſuo andromac̄.feciſſe teſtaꝛ. ℞.acatie.ʒ.iiij. roſe balauſt.añ.ʒ.ij.gūmi arab.ʒ.ij.draga.ʒ.i.tꝑa cū aq̄ pluui. ¶ Aliđ ſiłr valēs.℞.gūmi arab.draga.ſe.porꝛ.ā.ʒ.v. boli chimo terre arine.añ.ʒ.vi.hypo.acatie:cornu ceruini īcēſi balauſtie capulaꝝ celſi.añ.ʒʒ.cacabre.ał.charabe.ſe. roſe myrte.ā.ʒ.iiij.ematitꝭ loti.ʒ.iiij.papaue.ſe.ʒ.iiij. cācri in= cēſi.ʒ.xv.coriādri aſſi.ʒ.vij.fac pul.⁊ cū ſucco ro.vł aq̄ ro. vel arnoglo.tꝑa.da bibere cū ſucco arnoglo.vł cū aq̄ ro. ¶ Aliud pauli.trociſci ſolidantes ⁊ mitigantes.℞.hypo= quiſti.acatie:balauſt.florum maligra. añ.ʒ.xij. galle.ʒ.ij. opij.c̄c̄.ana.ʒ.vi.tempera cū aqua pluuiali ⁊ da bibere cū aqua frigida.Alij ꝯfortatiui ⁊ deſiccatiui.℞.gūmi arab. boli drag.ſe.por.ſpodij cācroꝝ īcēſoꝝ.añ.ʒ.iij.cornuꝰ ceruī

ni:concule marine corallí rub.hec omnia incensa confice. ¶ Aliud.℞.acatie.balaust.amid.assi.ematitis se.myrthe añ.ʒ.ij.se.accid.se.citoniorũ.se.arnoglo.cucurbi.cucu.añ. exag.i.psilij assi.ʒ.v.tẽpera cum succo arnoglo. fac trocis- scos. ¶ Alij similiter valẽtes.℞.rose gũmi arab.an.ʒ.iiij. amid.papaueris.se.balaust.añ.ʒ.ij.spodij.cc.añ.ʒ.ß.succi. liquir.succi arnoglo.añ.ʒ.ij.tẽpera cũ aq̃ pluuiali. ¶ Alid valens screatui sanguinis fissuris venarũ pectoris et epa- tis.℞.spodij.ʒ.iiij.se.citrul:portul᷑. cucurb.boli. cacabre. al᷑.charabe. añ.ʒ.ij.tẽpera cũ aqua virge pastoris. ¶ Alid ℞.gũmi dragagan.acatie:se.citoñ.añ.ʒ.iiij.boli.ʒ.v.can- cri incensi.ʒ.vi.amid.concule marine.añ.ʒ.iij.cornu cerui incensi spodij.añ.ʒ.ij.fac puluerẽ.da.ʒ.iiij. cũ syrupo myr tino. ¶ Puluis ad idẽ.℞.cõcule marine cornu cerui.añ.ʒ. x.cacabre.al᷑.karabe.coralli: añ.ʒ.x. boli.ʒ. xv. psilij assi. ʒ.xx.fac pul.⁊ da.ʒ.iij. ¶ Idẽ faciũt floris vitis.ʒ.i.cum aq̃ frigida mane ⁊ meridie. Similiter succus ros᷑.vel succ⁹ hy poquisti. Itẽ se.arnoglo.ʒ.ij. Itẽ aqua semptiue et virge pastoris:vbi sandali rose apponant᷑.ʒ.ij. cãphore.ʒ.ß. oĩa cõmisce ⁊ pãno lineo ĩfuso pectori suppone. Sil᷑r aq̃ agre- stium vuarũ valet:deinde sup pectus pone corticẽ maligra na. ¶ Electuariũ mundificans pectus de sanguine coagu- lato.℞.amidi.ʒ.v.farine fabarũ.ʒ. vij.se.melonũ: malue. añ.ʒ.vi.ordei mundati.ʒ.x.gũmi draga. añ.ʒ.iij. boli. se. citoñ.boragi.añ.ʒ.v.fac pul.adde mellis quantũ sufficit.

¶ De rascatione sanguinis. Cap.ix.



Anguinẽ cum rascatione de vuula ⁊ gutture diximus exire:quod aliquãdo cõtingit fieri ex sanguisugis in aqua trãsglutitis:que sangui- nem remanentẽ in gutture faciũt expuere. Ali quãdo multũ:aliqñ parũ:vnde decipiunt᷑ mul totiens medici:qui cũ de sanguisugis certificauerint esse opponãt infirmũ soli:⁊ os eius aperiatur. Si eas in pala- to vel in vicinis partibus:trahant eas cum forficibus. Si non viderint dent hanc medicinã:gargarismũ cũ ace- to ⁊ sale vinum alliũ ⁊ acetũ detur ad manducaudũ.phi- beatur aquã bibere.mittam⁹ vasa vitrea in sole aqua ple- na.moueamus ante os infirmi.dragagã.pul. insufflemus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

ori.carbones:nigelle asse vel absinthiū:fiat ex sapa ꝛ aceto gargarismus sulphur ꝛ ysopū puluerizatū mittam⁹ gule:vel ysopū ꝛ sal cum vrina caprina misceam⁹ postq̄ exierint si sanguis superabūdauerit cū medicina quā diximus in reiectione sanguinis solidandus ꝛ restringendus erit ꝛ curandus. ¶ De screatu saniei. Cap.x.



Sanies screatur pluribus modis:vel ex apostemate in spūs instrumētis cuz crepuerit sanies a pulmone effluit:vel ex humoribus in vacuitate pectoris ꝛ pulmone collectis:vel post screatum sanguinis illa sanies subsequitur:sed tamē non omnem screatū sanguinis. Qd si subsequatur screat⁹ precessit molestissimus:vnde hypo.si post sanguinē sequatur sanies pessimū est. ¶ Festinetur ergo vt sanies pectoris mundificetur ne coagulet ꝛ spisset ꝛ vias spiritus opilet ꝛ mors subsequatur. Juuat electuariū. Jo.Damī.in veteri tussi ꝛ screatu saniei. ℞.piretri amigd.ama.lauri.ra. pondus equale fac puluerē.mellis quantū sufficit.da i modum auellane mane ꝛ sero. ¶ Aliud. ℞.fenugre.pinee.aā. ℥.ij.se.lini assi amigdal.dul.aā.℥.i.piperis.℥.ß.fac pulue. adde mellis quantū sufficit. ¶ Aliud. ℞.prassij orobi.aā. ℥.iij.cc.myrrhe.zinziberis ysopi piperis lō.anisi.aā.exag. i.fac pul.adde mellis quātū sufficit. ¶ Aliud. ℞.liquiri.℥. i.pinee se.lini assi amigdal.dul.ꝛ amararum.se.bōbicis.aā. ℨ.vij.fac pul.vuas pas.mundas speciebus alijs duplas: et sic medullas pistatas adiunge penit⁹.quantū omnes species alie:deinde sapa quantuz sufficit. ¶ Aliud. ℞.se.lini. assi amigdal.dul.pinee dragag.zinzib.aā.ℨ.x. piperis lō. liquirit.costi terebentine reubar.zinzib.ana.ℨ.iiij. mellis quod sufficit. ¶ De malitia anhelitus. Cap.xi.



Oportet intelligi cor nullatenus posse pati carentiam trahendi aeris. Si enim vno momento quiescat aerem trahere extinguitur a calore:quia ebullitionem sui caloris necesse est extra veniēte aere refrigidari ꝛ expellere ardorē prioris aeris.vnde motus duos habuit cōtrarios scilicet dilatandi ꝛ constringendi:dilatādo aerē frigidū trahit:cōstringendo aerem calidū expellit. Sanis ergo spiritus in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

strumentis:ꝛ tēperata virtute sui anhelitus secundum cursum nature fit patiente eorū quolibet patitur anhelitus:ꝛ cursum nature egredit̄ quantitas passionis.secundū quātitatem fit patientis instrumēti.i.extra naturalem cursum exit anhelitus.¶ Impossibile est pati anhelitū sine dololore quorūlibet instrumentorū:dolor enim eorū vel est ex parte sui:vel ex coniunctis membris.Si doleat stomacus vl' meri vel gibbus epatis:vel caput splenis:vel si sub dyafragmate apostema vel dolor sit:anhelitus paruus ꝛ spissus fit:vniuersaliter est cum aliquod membrū patitur vitiū spiritus instrumentis cuius motu ipsum instrumentū moueatur:vel si apostema instrumentū cōprimat his duobus erit anhelitus paruus ꝛ spissus:anhelitu alto cogitur infirmus spisse mouere totū pectus:qui motus orthomia vocatur:fit autem modus triplex:vel ex necessitate nimia anhelandi sicut in sanis nimij exercitij:vl' ex angusto spacio pectoris:sicut in apostematibꝰ ꝛ in pectore vulneratis:vel ex angustia in capite viarū spiritus:sicut patiuntur qui in lacertis gutturis apostemantur que ex vtraqꝫ sunt pessima. hanc speciem ypo.orthomiā vocauit:quia homini in sanitate sua pectoris tantum mouentur inferiora.patienti alterutrū horum trium mouentur supiora ꝛ inferiora:ꝛ vsqꝫ ad spatulas.potest aliter ītelligi ꝛ orthomia vocari. Qui enim eam patiuntur erigi ꝛ stare coguntur cum infirmus anhelosus totū pectus vsqꝫ ad spatulas et a spatulis vsqꝫ ad cubitos moueat:ꝛ cubiti in motu laxentur tribꝰ ex causis intelligitur:sicut testatur.G.vel ex defectione virtutis lacertos pectoris mouentis:ꝛ in infirmitate sui vel ex cōstipatione instrumentorū spiritus:vel ex calore nimio cordi ꝛ pulmoni domināte.Defectio virtutis lacertos pectoris mouentis ex mala cōplexione calida vel frigida solet fieri.Constipatio instrumētorū spiritus ex grossis ꝛ viscosis humoribus est:vel ex grossa vētositate vias anhelitus opilante:vel ex apostemate in dyafragmate que aliquando omnia in vno loco adunātur:aliquādo duo insimul.raro euadūt:qui hec oīa coadunata incurrit. ¶ Opꝫ anteq̄ medicemur vt studiose discernamus si infirmus cū angustia ꝛ labore anhelauerit:ꝛ anhelitꝰ debilis et rarꝰ fuerit:

extremitates nariū graciles erunt: ⁊ quasi ad inferiora cō tracte sint: ex defectione ṽtutis est lacertos pectoris mouētis: si aer ex magno desiderio appetat̄ et spisse pectusq̄ infletur: constipatio instrumentoꝝ spiritus intelligit̄. Si sit ex apostemate cuꝫ tussi et screatu erit: siue screauerit timendū erit. Si cōstipatio ex humoribus fit orthomia fit ⁊ inflatio pectoris: appetitus maior spūꝫ emittendi q̄ꝫ attrahendi. Si anhelitus velox et cū maiori inflatione fit ⁊ magis trahere q̄ꝫ emittere velit: esse intelligimꝰ cū magno calore et cū incensione: maxime si eius tactus sit calidus: vel exiccatio et sitis lingue habeat̄: et caput incendatur. Qui anhelitus velox et paruus calorē alienū significat: qui virtutem suffocat et extinguit. anhelitus paruus et tardus calorem cito extinguit: iste ex necessitate semꝑ est frigidꝰ: vñ certum signum mortis est. Sufficit nobis dixisse de signis anhelitus nūc a medicina incipiamus. ¶ Si passio sit ex mēbris instrumentis spūs vicinis mēbra incipiamus medicari: vnde infirmitas oritur: et post anhelitus curetur. si ex defectu sit virtutis lacertos pectoris mouentis: et ex hūoribꝰ sit calidis refrigeremꝰ. Si ex frigiditate calefaciamꝰ prout dicturi sumus. Si ex ꝯstipatione instrumentoꝝ spūs sit: et hoc ex grossis humoribꝰ: medicina dissolutiua ⁊ subtiliatiua detur siue desiccationibus: sicut oximel cū squilla: vel solu. oximel. vel ysopus cū melle coctus vel syrupus prassicus semꝑ vinū subtile ⁊ clarū bibat̄. Electuariū semꝑ accipiat nisi sit ysopus yreos aristol. rof. orobus calamentum: cassia radix cētauree mi. costus spica: et sil'ia. pectꝰ cū anatileon vngamꝰ camomilla et sil'ibus. ¶ Si sit ex apāti bus vl' vulneribꝰ prout iā dicimꝰ medicent̄. ¶ Si ex ꝯpl'one sit cal'a ⁊ infirmo sit firmitas: atq̄ꝫ tp̄s ꝯueniēs basilicā minuat: et si tp̄s fuerit ꝯtrariū: scariole et maratri succꝰ cum melle viol'. coctꝰ det̄: et cū aq̄ cucurb. syrupꝰ vio. ⁊ cū zucc. malig̃. succꝰ. Cū hmōi rebꝰ nutriēdꝰ est: sic̄ ptisano: pul. ꝑdicibꝰ portul'. bliti: vngamꝰ pectꝰ cū ol'o vio. cucur. ⁊ portul'. succo. In ṽe vel autūno purget̄ cū cassia fi. viol'. liq̄. fe. mal ue: iuiub. manna et sil'ibus. ¶ Si ꝯpl'o pectorꝭ frigida sit ⁊ hūida demꝰ sucurgenā cū aq̄ cal'a: vel maiorē tyriacā: mellicratū cū arōatibꝰ aquā marat̄. ⁊ apij bñ coctā cū mel'. sim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

plici vel melle ro. Silr mel ros. cū ysopo in aqua cocto nutriendus est cū cibis calidis: sicut iusculis calidis: ⁊ vngatur pectus cū camomilleō ⁊ anetileō: deni etiā syrupi anhelitui tussi ⁊ vulneribus in renibus vel vesica valentes. sunt autē Jo. dam. ℞. ficus siccas lib. i. iuiub. c. aque lib. ix. coque vsque ad tertiā. cola. adde sape. lib. ß. zucca. lib. i. ¶ Aliud. ℞. ficuum lib. i. aque quantū sufficit capil. ve. basilicō. an. ʒ. viij. ruthe prassij liqri. an. ʒ. iij. sape quod scz. fac syrupū. ¶ Aliud valet tussi anhelitui: et mūdat pect⁹ ⁊ pulmonē de grossis hūorib⁹. ℞. maratri rad. ⁊ apij. an. ʒ. x. liquiri. ʒ. vi. amigd. dul. ⁊ amar. an. ʒ. iiij. maratri ysopi anisi. se. malue. an. ʒ. iij. iuiub. xxx. ficus. vi. coque in. vi. lib. aque: ⁊ ad tertiā redige ⁊ da bibere. ¶ Alid. pauli. ℞. sauie. ʒ. i. butyri. ʒ. iiij. mellis. ʒ. ij. da bibere. ¶ Aliud eiusdez. ℞. cc. myrthe apij. an. ʒ. xiij. euforb. spice iusqamı: an. ʒ. v. boli: cassie. an. ʒ. iiij. carui. xviij. ʒ. sulphuris corticis mādrag. an. ʒ. iij. pipis. ʒ. v. fac pill. in modū orobi: da. iij. ¶ Aliud valet silr. ℞. thuris dragag. an. ʒ. ij. sarcocol. ʒ. i. pone in aqua vbi se dissoluant cola. ⁊ cum zucca. siue melle da bibere. ¶ Silr iuuat pulmo vulpin⁹: pulmo siccus pistat⁹ in pul. da exag. i. cum aq̄: silr oculaꝝ fluminariū iteriora icēsa cū mellē ⁊ pipe valēt mltū.

¶ De pleuresi. Cap. xij.

SAnguis augmētatus ⁊ cū interiori calore corporis feruidus capiti ascēdentē fumū mittit: qui cū inueniat clausurā capitis ⁊ poros opilatos non permittitur exire. deinde calefit morans in capite cū cerebri calore dissolutus redit ad inferiora corporis sicut videmus humectatione fumi balnei. qui fumus cū tecta penetrare nequeat redit ad inferiora. ¶ Si aq̄ a capite distillat ad dyafragma calidū apā gnat ⁊ ide fit pleuresis vera. si i lacertos veniat vel carnes q̄ sunt iter costas pleuresis nō vera dr. ¶ Pleuresis vera hz ꝓpria signa. sicut febris duritiē: eiusdē cōtinuationez pūcturā in latere ꝓhibentē de latere i latus se mouere: tussim ꝯtinuā ⁊ anhelit⁹ orthomiā quā facit pleuretic⁹ ꝓp nimiū dolorē lateris ⁊ morbi cordis vicinitas duriciei febris cām facit orthomiā. i. lōgaz respirationē facit pleureticus propter nimiū dolorē lateris. pūcturā lateris: qꝛ mēbrū ner

uosuz subtilē hz sensuz ꝑpter colligātiā cerebri ad neruos: cōtinuitas tussis: qꝛ mā apatis est in trahētib⁹ spūz membris cū aliqd opilat vias spūs: adiuuat se natura vt cū tussi quid impedit expellat. Magnitudo anhelitus est sibi: qꝛ instrumētū spūale dignius. i. dyafragma. morbus occupauit. ¶ Sepe pleuresis inuadit hoīes calide ꝛ hūide cōplexiōis: in vere nāliter: i hyeme accñtalr. ¶ Pleuresis nō vera hec habet signa. grauitatē lateris sine tussi: nullū screatū emittit: qꝛ morb⁹ extra spūs instrumētum existit. locus exterior manu tact⁹ dolorē parit ifirmo. Aliqñ extra appet tumor. ¶ Plurima pleuresis ex puritate nascit sanguis. Aliqñ ex sanguie calido ꝛ colerico. aliqñ grosso ꝛ melico. aliqñ hūido ꝛ flātico. aliqñ ex oīb⁹. aliqñ ex qbusdaz hūorib⁹. ¶ Intelligit ex colore screat⁹ ex quo hūore sit morb⁹. si sit rubeus signat sanguis. si citrinus signat. co. rubea q̄ sanguini dñatur. si niger sanguis incensiones vel co. ru. sigñat cōcremationes: ꝛ in coleram nigrā cōmutationes. si albus signatur esse flegmaticus: alijs adhuc modis hic possunt discerni: si materia sit solus sanguis: corpus plenum erit: humide tussit. paruz sitit. Si materia sit colerica corpus erit macidū: tussis sicca sitis nimia. si melācolica corpus asperū. pulsus subtilis ꝛ tardus: vrina plumbea. si flegmatica est tussis humida: parū sitit. si cōposita erit: screatus erit colorat⁹ ſm cōpositiones suas ꝛ simil'r infirmi qualitates erūt melancolice: ꝛ laudabilior est color subrubeus. i. sanguineus in screatu. sanguis enim esse signat: sanguis enim dignior est oībus ꝛ amabilior nature oīnibus alijs humorib⁹: obediētior enim est sue actioni: ꝛ ad digerēdum facilior. aliquādo screatus in initio morbi est sicut die. iij. vel. iiij. vel. vij. ꝛ leuitas materie signat: facile morb⁹ dissoluit: maxie si screatus sit paruus ꝛ leuis ꝛ iūctus: cito exiens. in vna tussi vel duab⁹. Aliquādo screare morat ex grossitudine materie: ꝛ sua duritia inobediēte nature: vnde morb⁹ designat grauis: ꝛ eiusdē diuturnitas. Qđ si huiusmōi screat⁹ qualitas cū mlta tussi exeat ꝛ angustia ꝛ fortiter infirmus tussierit: defectio ꝟtutis signat ꝛ pigritia sui. Nec ꝙ sum⁹ incerti qꝛ morbū virt⁹ infirmi pati nō possit. sufficiūt ergo signa pleuresis: opꝫ medicinā subsequi. ¶ Si ergo videam⁹ ꝙ aposte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

ma dyafragmatis sit sanguineũ si sequant̃ tp̄s:etas:cõsue-
tudo:ꝛ virtus infirmi festinemus vt de basilicavena minua
mus de latere vbi infirmus patit̃ anteq̃ augmentet̃:maxi-
me si dolor ascendat vsq; ad furculas:qđ in periconoxeon
precipit hypo.cũ loca superiora lateri doloroso sint colli-
gata basilica vena incidẽda erit:si inferiora loca doloroso
lateri i dolore sint colligata farmacia est dãda:si infirmus
sit virtuosus nõ est cura alia adhibẽda q̃ que in flõmia pre
cepimus obseruãda.sed flobotomãdus est maxie si sit san-
guiea morbi species:vñ si virt⁹ defecerit nõ oportet flõma-
ri:sz quãto magis possum⁹ virtutez custodiri:flõmia eñi est
molestissima cũ defectiõe virtutis:oportet ergo epithima-
ta q̃ri ꝛ cathaplasmata acumẽ sanguis mitigãtia ꝛ dissol-
uẽtia:sicut sunt malue.viole radic̃.ordeuz mundũ in aq̃ co-
ctũ ꝛ colatũ cũ oleo viol̃.mirtũ.deide pãni linei subtiles in-
fundãtur ꝛ loco dolẽti superponãtur frigidi si tp̄s calidum
sit:tepidi si tempus frigidũ sit. Si febris nõ adeo sit fortis
parũ est admiscendũ camomileõ.cũ ptisana nutriẽdus est:
ꝛ cũ zucca.si febris sit fortis ꝛ dura egestio cũ syrupo viol̃.
si febris mollis sit ꝛ tussis fortis sit:dãde sunt iuiube.liqui
ri.se.cito.cocti. In fine diei demus micas panis lotas i aq̃
cũ amigdaleo ꝛ zucca.si infirm⁹ in consuetudine habuerit
multũ comedere dũ sanus fuerit:neq; hec dieta ei suffece-
rit:dent̃ sibi cucurbite malue.crisolocãna cũ amigdaleo:ꝛ
si dies sit prenũciata oĩa cibaria sunt retrahẽda p̄ter ptisa-
na:ꝛ micaz panis dãda tm̃.si tussis sit fortis detur syrupus
iuiubinus:ꝛ pill̃.quas i tussi ca.dixim⁹ sunt dãde. Si sit sti
pticus ei⁹ natura est humectãda cuz mãna.cassiaf.ꝛ simili-
bus.si materia sit acutissima ꝛ colerica cathaplasmata fri-
gida mollia parũ dissolutiua sunt facienda:sicut de radice
mal.vio.sandali al̃.ordei farina: corticib⁹ cucur.oĩbus pi-
statis ꝛ cũ succo semperuiue distẽperatis.vel cuz succo por-
tul̃.ꝛ oleo viol̃.si sit stipticus mollificanda natura est cum
succo cucur.manna.melle viol̃.cassiaf.multum cauenda est
mollicies nature in hoc morbo:nisi cuz multum sit necesse:
hunc enim morbum solet sequi semper solutio ventris que
vix potest constringi. ¶ Si tussis sit cum constipatione ven
tris:viola danda est ꝛ manna cum aqua vbi iuiube sint co-

te ꝛ ſyrupus viol. quē dicturi ſumus. ſi egeſtio temperata fuerit mane demus pſiliū cū ſucco maligrana. dul. ꝛ ſyrupo viol. ꝛ parum olei viol. poſt. ij. horas ptiſanā cum amigdaleo ꝛ zucca. In fine demus vuas ꝛ malagrana. ſugenda. vngatur locus cum oleo viol. ro. cera al. dragagan. ſimiliter facienda ſunt cathaplaſmata de pſilio ꝛ portul. ꝛ oleo viola. ¶ Syrupus viol. valet pleureticis: ꝛ calori pectoris: tuſſibus ſiccis: ꝛ in initijs ptiſicis. ℞. viol. dragagan. ſe. citonij: ordei mundi. ſe. mal. cucur. cucu. anā. ʒ. vi. iuiube. ʒ. xx. omnia in. iiij. lib. aque cucurbitine vſq; dum redigātur ad medium: cola pone zuccari lib. i. ꝛ fac ſyrupum. ¶ Si materia morbi ſit ex ſanguine humido ꝛ flegmatico vel groſſo ꝛ melācolico oportet ſuperponi loco h cathaplaſmata. ℞. ſe. lini. ʒ. iij. malue radi. ʒ. iij. fenugre. ordei mundi. anā. ʒ. ij. fortiter coquātur atq; colentur: ꝛ poſt camomileō apponat ꝛ ſpongia ibi infuſa dolenti loco ſuperponat: ꝛ milium ꝛ ſal aſſum ſuperponat in ſacculo vel camomileō. anetū. mellilotum. ſe. lini. fenugre. malua. ordeuz oia piſta. cathaplaſma facito cum camomileo. ſanſuceleo. ¶ Si tuſſis ſit fortis detur yſop⁹ cū melle ro. vel praſſicus ſyrup⁹. dent el'aria ꝛ medicina in frida tuſſi data. ¶ Si morb⁹ in declinatiōe ſit ſapā demus ꝛ mellicratū: vngat cū camomileo. ānetileo. danileo. Nutriendus eſt cum ciceris iure ꝛ amigdaleo.

¶ De tremore cordis. Cap. xiij.



Tremor cordis ex hūiditate eſt coadunata in circūdantibus corpelliculis. hec morb⁹ fit ſanis ꝛ infirmis ſubito cū hec humiditas influit cordi. ¶ Si humiditas ſanguinea vel colerica ſit fit cū tremore cordis ꝛ calor et ſitis ꝛ altus anhelitus ineſt. Si ex groſſo ſanguine ꝛ melancolico fit timor ꝛ triſtitia et pigritia ſine ſiti: aliqñ fit cardiac⁹ morb⁹ cum neceſſaria cordi minuātur: ſicut ſanguis ſubtilis ꝛ clarus ab epate egrediens: quod intelligimus in epate: vel in locis vicinis infirmantibus ſicut in ſtomaco. Aliquando humores coadunātur in ſtomaco acuti. pungentes fortiter vnde morbus cardiacus naſcitur. ¶ Cordi ergo medicemur cum hoc membrum ſit dignius: conſideretur ex quibus ſit humoribus. ſi ſit ex ſanguine vel co. baſilica vena eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

incidenda: si tempus etas. consuetudo conueniant &c. Si
non: scarificemus vicina loca. demus catarticũ ex cassiafi.
iuiub. prunis oxifenitia. viol. et similibus: detur; boragi-
nis succus. scariol. maligra. In aquã bibẽdã syrupuz iuleb
ponamus sapã maligrana. oxizaccaram. Nutriamus cum
cibis bonarũ qualitatũ: sicut edulorum pullorum cũ malisgra.
zucca. aceto. aqua ro. cũ camphora et sil'ia. ¶ Si cardiaca
sit ex malis hũoribus melãcolicis. electuaria purgãtia de
mus: quibus sanguis purificetur sicut yera. G. fortissima.
stomaticon maius catarticũ epidimac. Sepe dãtur epithi
mata et antidota odorifera. s. selithe muscate. Dyamarga
riton. socurgene. et sil'ia. vinũ odoriferũ: mellicraton aro-
maticũ: sepe tẽperato balneo vtantur. postea tyriaca ma-
ior detur vel muscata. vngatur pectus cũ calidis & odorife
ris oleis vel vnguentis volatilia cal'a & ad digerendũ faci
lia dẽtum cũ aromatibus cocta. ¶ Si cardiaca ex diminu
tione sit nutrimẽti ab epate cordi veniẽtis et epar inuenia
tur infirmum epati prius est medicandũ: vt in priorẽ redi-
gat sanitatẽ et virtutẽ. Sed si ex stomaco sit. purgãdus est
stomacus ex acutis hũoribus cum vomitu et catartico. scz
de aloe. vel absinthio mirabol. citri. vel succi vuarũ agre-
stiũ cũ mirabol. vel succi maligr. cũ mirabol. A foris vnga
mus cũ sandalis: farina ordei. cinere ferrarij corticibus cu-
curbite. aq̃ ro. & similia. ¶ Puluis Jo. dam. valz cardiacis
℞. floris orni. i. lingue oscelli. ʒ. xv. aluminis scissi. ʒ. v. ca-
cabre. al'. carabe. coralli. gẽme petre armenie. aã. ʒ. v. coriã
dri assi. ʒ. v. spodij. ro. gallie. ana. ʒ. iij. ligni aloes. ʒ. vij. fac
pul. dans exagi. i. cũ odorifero vino. vel oxizaccara. ¶ Aliud
℞. boragi. se. portul'. aã. ʒ. vij. coralli cacabre. vel carabe.
aã. ʒ. ij. gẽme. alumĩs ciperi. aã. exagi. i. se. basil'. sandali al.
et ru. gallie musca. terre armenice. serici puri. et crudi. aã.
ʒ. ij. et. seminis tãtũdem zuccari. quante sunt & alie species
fac pul. et da. ʒ. ij. cum succo maligr̃. vel odorifero vino: vel
oxizaccara. ¶ Aliud. ℞. rose spodij. aã. ʒ. v. se. portula. ʒ. x.
ameos. succi bedegar. zedoarie doronice: serici. masti. gem
me. cacabre. vel carabe: coralli. aã. ʒ. iiij. musci. q̃drantẽ. i.
zucca. quantum oẽs alie spẽs: fac puluerem et da exagi. i.
cum aqua frigida. valet in initio melãcolie et cor confortat.

¶ Aliud. ℞.berberis ro.spodij:se.portul. boragi. añ.ʒ.iij. terre armenice:se.basilico.añ.ʒ.ij.ligni aloes: gariof. añ. ʒ.i.olei rof.quod sufficit.zucca.quantum oẽs alie species: fac pul.da.ʒ.iij.cum succo maligr.accidi. ¶ Syrupus valz cardiacis cũ caliditate et siccitate.℞.succi prunoꝝ malig. accidi.mali citonij accidi.añ.lib.i.oxifenitie.lib.ß. fac syrup. ¶ Aliud valet cardiacis:timids.spleneticis propter stomacum et cor.℞.spice:cinamomi.alithei:zodoar. et deronice.añ.ʒ.ij.cortic.pomi citri.ʒ.ß.aneti.semi.exagiũ.i.fac pul.da.ʒ.i.cum vino.vbi boragines fuerint posite.per mẽsem vnum bibat.

¶ De sincopi. Cap.xiiij.



Sincopis est absolute defectio cordis et coadunatio totius sue virtutis in se.atq; ablatio fumi sui expellendi. Impossibile eñ est esse sincopim sine passione cordis. ¶ Fit ergo diuersis modis scz ex plenitudine nimia: vel multa inanitione:vel subita caloris mutatione in frigidũ:vel frigidi in nimia caloris mutatione plenitudo eñ fit vl' ex humoribus totius corporis vel solius stomaci vel intestinorũ vel matricis.Si sit ex toto corpe monstrat ex fatigatione: grauitate per oĩa membra corpis. Si de stõaco cum diuturna ymaginatione est añ oculos ructatio. vomitus dolor in prora capitis.Si de intestinis sit.grauitas et inflatio melancolicis dolor et punctura colericis:grauitas sine inflatione flegmaticis.Inanitio est ex nimia ventris solutione:vel fluxu sanguinis e naribus:vel vomitu : vel sudore. Mulieribus aũt a mẽstruis:vel emorroydis. Quecũq; harum nimia est et fortis.corp⁹ dissoluit.mẽbra aggrauat.calor naturalis extinguit:splẽdor deficit:vñ necesse est vt cor patiatur.Mutatio subita caloris in frigiditatẽ poros opilat.fumũ in interiori corpe claudit:et calorẽ naturalẽ suffocat:vnde cor patitur et sincopis cõcreatur. Mutatio subita frigoris in calidũ corpus rarificat:calorẽ naturalẽ dissoluit:vnde calor cordis minuit et deficit. ¶ Aliqñ sincopis ex anime accidẽtibus est:sicut subito timore vl' gaudio plurimũ hic patiuntur decrepiti vel defecti:multi eñ hoꝝ cum subito timeant vel gaudeant in sincopim tendũt. Cor eñ eorum cum timeat nimiũ constringit:et calor suus na-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

turalis coadunatur et nõ dilatatur: vñ patiuntur et deficiunt. In letitia dilatatur cor subito et aperitur et calor naturalis suus in exteriora exit corporis: et ita deficit dũ refrigeratur. ¶ Aliqñ dolor nimius sincopim sequitur: maxime si in membris sit sensibilibus: sicut in yleos videm⁹: he sunt sincopis cause ⁊ sigtiões sue. cui⁹ vnaqueqꝫ species suas medicinas habere videtur. vl'r sua medicina taliter erit facienda. sed vnde fiat morbus in primis videat: quo viso intẽdimus qd facere debeam⁹. ¶ Si sit ex plenitudine mitigando sincopim aquã mittimus frigidã in faciẽ infirmi. stõcus pfricet: nares teneam⁹: crura ligem⁹. pennã vel digitũ in os mittam⁹: vt vomitus puocet. Cũ defectio finierit hoc mõ medẽdũ erit. Si plenitudo ĩ corpe sit catarticũ, dãdũ erit: et pill'. et oẽ qd abundantiaꝫ illã sentiat deponere. Dabit oximel ⁊ mellicratũ. oximel laxatiuũ tyriaca. selite socugene cũ succo aneti ⁊ apij. Cibi dandi leuiores sic̃ iura ciceris cũ aneto. vinũ subtile ⁊ clarũ et purũ. Si plenitudo sit in stõaco: dãdus est vomit⁹ dyatrionpipereõ. et diacimi nũ si ex calidis sit hũorıbus refrigerem⁹ cũ syrupo ⁊ succis refrigerantib⁹: si plenitudo sit intestinis maxie in inferioribus clistere faciamus sepe. ¶ Si sincopis ex inanitione sit. aqua refrigeret in facie nares teneantur: stomacũ perfricemus: manus et pedes ligemus. Si ex superioribus sit mẽbris: sicut ex sanguine e narib⁹ et vomitu. inferiora mẽbra plus erunt ligãda: sicut crura. si in inferiorib⁹ sicut mẽstrua et emorroydes. superiora mẽbra ligent: sicut manus deinde vinũ subtile detur et claruꝫ cũ aqua frigida mixtũ. vnde. G. oẽm inquit defectionẽ ex inanitiõe mitigat vinũ aque frigide mixtũ maxime si ex acutis sit humorib⁹ a stomacho et a sui pertinentia descẽdentibus. si infirmus doleat caput vel nimiã febrem habeat: vl' calidũ sit apostema in viscerib⁹: vel mens sua alienet. vinũ nullatenus hic det multũ enĩ nocet. Itẽ sincopis ex inanitione iuuat odorifera in naribus habere: sicut ro. myrtha. mala citonia. vinum mixtũ cũ sandal'. et aqua ro. Syncopi trãseunte et infirmo in vigorẽ pristinũ redeũte cãm syncopis laborem⁹ curare. Medicabimur ꝫ medicaminib⁹ q̃ suo loco qbusdã iam dedim⁹ ⁊ qbusdã iã dabim⁹ suo loco. Precipiẽdũ est ex inani

tione sanguinis nõ balneari.similiter ꝛ in sudore. Intẽtio nr̃a est poros cõstipari et opilari et nõ rarificari.et mollificari.molienduꝫ est in loco vbi iacent stipticum et frigidum acrem curare vel attrahere:vt in domo aspergant̃ salices. myrthe.vitiũ extremitates rose.et fil'ia.vngamus cuꝫ oleo myrtino.ro.p̃cipiatur quiescere in pace. Nihil horũ iuuat hos oẽs quibus in stomaco acuti currũt humores:augmẽtatur corꝑ dissolutio.quãto magis eorũ claudimus poros. In huiusmõi dispõne syncopi subuemẽdũ est ex inanitiõe. ¶ Syncopis si ex calore sit nimio.vl' ex mora i balneo.vel ex aere intercluso:aqua frigida ponẽda est in facie. Sunt etiã iuiube dãde in aqua frigida. vinũ leue et subtile cum aqua eadẽ facies euoluenda in ꝑte illa: vñ ventus fiat.añ faciem eius cũ flabello faciamus ventũ.frigida et odorifera odorentur.demus mala grana.ꝛ medullas cucumeris. Dyascor. odores inquit cucumerũ syncopi vtilissimi sunt. ¶ Si ex nimio sit frigore opꝫ calefacere quantũ plus possumus:cũ vino muscatã demus.tyriacã maiorem:demus ꝛ mellicratũ aro.balnea odorifera ꝛ calida ꝛ aromatica adhibeamus. ¶ Si syncopis ex accidẽtibus aie sit odorifera sibi faciamus odorare.causam morbi ingeniemur auferre et mentẽ et intentionẽ suaꝫ in balneis occupare atq; in vinis odoriferis:et musicis instrumentis et similibus.



¶ De apostematibus mãmillarũ. Cap. xv.

IN mãmillis aliqñ nascuntur ap̃ata siue tumor que diuersis fiunt modis:vel ex corrupto ꝛ putrefacto sanguine: vel ex quolibꝫ alio humore vel ex lactis coagulatione et eius putredine. ¶ Ex colore saniei vñ fit ap̃a põt itelligi:si eñi albũ est et liuidũ ex coagulatiõe lactis fit:cui opꝫ subuenire cũ medicina ne sanies se ibi colligat. Si ex sanguine sit.vel co.loc⁹ rubet ꝛ calet:tũc fortiter gallia muscata al'.tũc frõs galle vel querc⁹ pistata.cũ oleo ro.desuꝑ est ponẽda:vel fabe cũ albugine oui diu pistate:vl' cũ succo solatri:vel memite: vl' bolũ et succũ coriãdri ꝛ oleũ ro. ¶ Si ex friditate sit:mica panis supponat̃ cũ apij frõde vl' sterc⁹ bouis:vl' fenugre.ꝛ mellitotũ:cũ sisamileõ:vl' crocus cũ lacte mulierꝭ. Si durũ sit ap̃a feres aceti suppone vel feres ferramẽtoꝝ molẽdini.

¶ Si ex coagulatione lactis lentes: et seminis lini farinā et oleū ro. et croci superponas atq; oua cū corticibus suis in oleo ro. insimul pistata et ciminū cum melle pistatum ꝛ tēperatū: caulium radices: menta. fabarū farina. hic apostemata dissoluunt et lac cōstringunt. similiter facit sal et faba. Item oportet in desiccando lacte siue extrahēdo allaborare. spongia africana vel marina infusa in aqua ꝛ aceto ꝯ omnia valet vitia. ¶ Aliud dolorē vl' tumorē māmillarū sanat. enule folia super ligata prius parum contusa.
¶ Aliud. farina fabarū cribrata ꝛ oui vitello cōmixta oēs dolores ꝛ tumores oīum locorum superimposita mitigat.
¶ Aliud. albū marubiū cū assungia veteri tritū dolorē sedat superimpositū. ¶ Aliud. stercus colūbinū cum melle ꝛ cera resolutū et tritū dolorē māmillarū et inflationē dissoluit: et q; ille non crescant idē facit. ¶ Aliud maratrū tritū cum assungia veteri et cū lintheo superpositū lactis coagulationē dissoluit.

¶ De fetore asselarum. Cap. xvi.



Multi patiuntur in calore vel coytu asselarū fetorem: vn̄ humores in corpore significant putridi esse. Cōuenit ergo prius purgare corpus deinde litargirū accipiam⁹ temperatū cū succo solatri. vel cū sola aqua. vl' aqua ro. et inde vngamus. Simil'r facit ro. cū aqua. Iterū alumē siue myrrha: siue yreos qđcūq; horum cū aqua tēperet: et locus ille vnctus adiuuat. ¶ Aliud. ℞. litargi. ʒ. ij. aluminis. ʒ. i. rot. myrthe. ana. exagi. i. myrrhe exagi. sufficit fac pul. laua asellam cum vino et pul. hunc inijcito. idem facit myrtha et puluerizata et sicca.

¶ Incipit quartus liber: de difficultate transgluttiendi in gutture. Capitulū primū.



Quoniam in tertio libro superiori morbos ꝛ medicinas dixim⁹ mēbroꝝ seruiētium spiritui. cōsequēs ordo expetit tractare de mēbris attinētibus cibarijs: ꝛ eoꝝ medicinis. ¶ Incipiamus ergo a meri qđ ab ore cibum ad stomacū ducit est autē totus liber iste. xx. capitulorū. Istud meri magnū iuuamētū est corpo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

ris cum oportet cibū ad stomachū ꝛ potū.hic autē patitur trib⁹ modis:vel ex mutatiōe cōplexionis:vel ex apate:vel vulnere:vnde eius actio mutat̃ ꝛ transglutiēdi.vsus aufertur.¶ Si ex mutatiōe cōtingat cōplexionis paulati ꝛ cū mora aliqua trāsglutit.ꝛ hic cū labore:cum nec grauetur: nec clausum sit. Si ex calida cōplexione sit.sitim ꝛ asperitatem patit̃ cum fumositate. Si ex frigiditate:neq sitit: neq est aspa. Si apa sit causa apatis loco dolor sentit̃ ꝛ angustia cum cibū trāsglutit. In apte cū dolore fit trāsglutatio cibi sed cū trāsierit dolor ꝛ angustia quiescit. Si apostema sit calidū:cū dolore sitim ꝛ calorē sentit nimiū. Si frigidū grauitatē ꝛ sine pulsatiōe ꝛ siti sentit dolorez. ¶ Si in gula sint vulnera puncturā cū dolore sentit:ꝛ maxime si salsa ꝛ acida comederit:quapropter intellecta causa:opz vt subsequat̃ cito medicina.¶ Si ex mutatiōe complexionis sit cum solo dolore vel calore ꝛ siccitate opz medicum intelligere:post solutio est procurāda ꝛ cū frigida causa:sicut cum syrupo viol'.prunorū syrupo. cucur. succo. cum zucca.ꝛ amigdaleo. Nutriatur cum portul'.cucur.crisolocāna bliti:lactuc.ꝛ similib⁹.Dāde sunt pillule ad hec valentes dolorē ꝛ siccitatem in meri ꝛ pectore mitigātes. ℞.gūmi arab.dragagan.se.portul'.ꝛ malue.se.citoniorū. aā.ʒ.x.liquiri.succi.exag.i.se.lactuce:gūmi cerasoruz.aā. ʒ.ß.fac pul.ꝛ cum syrupo viol'. tempera in modū fabe faciens pill'.ꝛ sub lingua ponat que cum dissoluūtur trāsglutiat:trociscos camphoratos ꝛ trociscos valentes contra calorē stomaci in libro stomaci inuenies.¶ Si impedimētum transglutiendi sit ex frigore ꝛ frigiditate cōplexionis dentur succi scariole ꝛ apij bene cocti cum melle ro. detur etiam dyanisum ꝛ pill'.quas in frigida tussi diximus. Nutriatur cum calidis ꝛ mollescētibus siue carne siue alia re. dentur iura cicerina bene cōdita. ¶ Si apostema trāsglutiendi morā fecerit an calidū sit videamus:ꝛ si sit calidū tunc cassiafist.ꝛ mannā cum oleo viol'.demus ꝛ succum solatri bene coctū ꝛ colatū.demus etiam pill'.quas sub lingua diximus tenēdas. Nutriamus eum cū iusculis ꝛ refrigerantibus:sicut cū ptisano cucurb.portul'.crisolocāna cū amigdaleo.¶ Si ex frigido sit apostemate demus ysopuz

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

coctum cum melle prassicũ syrupũ: ⁊ pill. quas fecimus in frigida tussi. si crepuerint interi⁹ apata ⁊ infirmus febriat detur ptisana cũ amigda. ⁊ zucca. si cibũ medicinalẽ querimus calamẽtũ ptisane cũ zuccaro demus ⁊ amigdaleo: si virtus deficiat detur lac caprinũ in quo petra innitiatur calidissima. ¶ Si apa sit exterius ⁊ calidũ esse videat cathaplasma de psilio faciamus: ⁊ lini se. cũ lacte caprino tẽperato: ⁊ si nõ sit ex calore fenugrecũ ⁊ se. bõbicinũ dem⁹. ¶ Si sit ex vulneribus demus quibus vulnera solidentur: sicut succũ arnoglo. cum bolo ⁊ terebẽtinã cũ melle: ⁊ maxime si vulnera sint vetera. Nutriamus cũ scariola ⁊ mica panis. si sit sine febribus mellicratũ demus. si sit cuz febribus ptisanã demus: ⁊ vulnera meri medicentur ⁊ cãnaliũ pulmonis atq; gutturis. ¶ Quecũq; in his mẽbris nascit infirmitas non subito: sed paulatim dãda est medicina: nõ eñi his dam⁹ vt maneat: sed vt trãseundo subueniat.

¶ De defectione appetitus. Cap. ij.



Esideriũ cibi ⁊ potus esse intelligim⁹ sensum stomaci exinaniti in venis recepta suggẽtib⁹. ¶ Corruptio desiderij fit trib⁹ modis. Ex humoribus crudis: vel colericis ori stomaci dominãtibus vel ex ablatione virtutis desiderabilis ⁊ sensibilis mortificatiõe sui vel ex corruptiõe mẽtis appetitũ nullius cibi necessariũ intelligẽtis. ¶ Si ex crudis sit humorib⁹ acida ructuatio sequit ⁊ stomachus sine siti inflatur ⁊ parũ digerit: si ex colericis sit humorib⁹ fumositatẽ sentit ructuationis cum ardore stomaci ⁊ siti: et cum velocitate grossum cibũ digerẽdi ⁊ difficultate subtilem cibũ emittẽdi. al. immutãdi. si ex defectiõe desiderabilis virtutis sit ⁊ mortificatiõe sui infirmus cibũ prius appetitum ⁊ amatũ abhorret saporandũ: neq; vult accipere eum: ⁊ qd peius est nullũ ciboruz habet desideriũ. ¶ Ablatio eñi desiderij cibor in omnib⁹ morbis diuturnis pessima est: maxime in dissinterijs. ¶ Qd si sit ex corruptione mentis palã fit visui cuius medicina mentis tñmodo erit cura. ¶ Si ex humorib⁹ sit crudis op; cum vomitu ⁊ solutione purgare. si non humores mali in bonas qualitates mutandi sunt. dandus est cibus ⁊ potus quibus humores

clausi purificent. ¶ Trifera.S.stomachū confortās dige-
stionem ⁊ appetitū adiuuās ventositatē dissoluēs colorem
malū ꝓpter frigiditatē stomachi siue emorroydarū existē-
tem emendās. ℞.mirab.ci.chebul.indo.embli:belli.ana.
ʒ.x.fac pul.cū amigdaleo fricandū:deinde mixtis pulueri
bus zinzib.masticis cinamomi ciperi gariof.añ.ʒ.vi. ga-
lange:apij maratri anisi ameos assari:spice.c̄c̄. ana.ʒ.vij.
costi piperis ni.⁊ lō.tapsie.añ.ʒ.iij.nucis musca.macis pe
nid.cardamomi:tūdē addat mel qd sufficit.in modū auel
lane detur ieiunis cū aqua cali. ¶ Aliud valens ad idē.℞.
mirabol.indo.belli.embli.añ.℥.ß.hec trita cū amigd. fri-
cabis.deinde puluerizatis anisi cimini:cinamomi gariof.
galāge carui masticis zinzib.añ.ʒ.iij.absinth.myrthe.se.
ro.ana.ʒ.iiij.calamenti orig.folij amidi. ana.ʒ.iij. acori:
stingui.i.morelle: yringorum radic. aristol.ro. sticados.
c̄c̄.ana.ʒ.ij.mell. quantum sufficit.in modum auellane.
vel castanee.cum aqua cali. ieiunis detur. ¶ Trifera ma-
gna detur his q̄ defectū patiunt ⁊ incendiū siue calorē in
stomacho.℞.mirab.ci.ʒ.x.chebul.embli.añ.ʒ.v.hec pul-
uerizata cū aqua ro.tēperent.deinde puluerizatis ro.spo-
dij.añ.ʒ.iiij.sandali albi ⁊ rub.se.myrthe.se. portul. galle
liquiri.ana.ʒ.ij.croci mastic̄.cacabre.al.charabe cāphore
añ.ʒ.i.priori cōfectōi admisce.ʒ.iij.cū syrupo ro.det. ¶ Si
ex defectione sit virtutis dyatriōpip. valet ad dissoluen-
dum humiditatez stomachi flegma calefacit ⁊ desiccat:⁊
oēs frigidas pas.viscerū curat.℞.piperis al.ni.⁊ lon.zin-
zib.cimini maratri apij.c̄c̄.gariofi.costi masti. añ.℥.iij. as-
sari.℥.i.xilobalsami carpobal.cassie spice amomi.añ.℥.ß.
mellis quantū sufficit. ¶ Valet etiā oleū lētiscinū ad pun-
ctionē ⁊ caliditatē stomachi:⁊ incēsionē q̄ fit de colera ru.
℞.rosarū sandali albi ⁊ rub.añ.ʒ.iiij.spodij:gallarū ma-
stic̄.añ.ʒ.i.oīa ista trita coq̄ in lib.i.succi solatri vsq₃ ad me
dietatē:quo colato mitte.ʒ.iiij.olei ro.Itē coquant q̄usq₃
solū oleū remaneat:deinde stomachū vnge.℞.rodostoma
tis.i.aque ro.succi solatri vue aggrestis:succi myrthe.añ.
℥.i.olei ro.violati.añ.℥.ij.sandali al. gal.añ.exag.i.omia
coq̄donec solū remaneat oleū ¶ Si ex colerici sit hūorib9
res frigida ⁊ stiptica detur ⁊ acida postq̄ purgabit:omne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

enim refrigerans confortat appetitũ. calefaciens ecõtra: q2 frigiditas adiuuat ꝛ partes sanguinis dispersas per stomachũ: ꝛ venas coagulat ꝛ inanit loca anteą plena: que dum natura implere querat appetitũ generat replentium ciborum. calor enim facit econtra: cum enim calefaciat et dispergendo calefacta loca impleat exinanita necesse est vt fastidium faciat. Itẽ frigor pungit stomachũ dum exiccat eum sicut superius dictum est. ¶ Si sit ex defectione virtutis appetitiue queramus ex qua sit cõplexione membro appetitiuo ꝛ deficiẽte dominante: ꝙ ex contrarijs medicari contingit: oĩs eñ defectio virtutis naturalis ex mala est cõplexione membrũ cuius virtus est dominãte et superante ipsum. ¶ De bolismo. Cap. iij.


Frigiditatẽ stomaci maiorẽ habere appetitũ ꝙ calorẽ ĩtelligit quibusꝫ quilibet rem discernens: sicut eñ iã diximꝰ cum dispsa per stomachum in vnũ ex frigiditate coadunãtur: loca aũt plena euacuanť: ꝛ ita appetitꝰ efficiť: que frigiditas cũ augmentata naturalẽ modũ excedat: vltimitatem appetẽdi necesse est vt faciat: vnde non suo noĩe appellata vocať appetitio canina. Qð tribꝰ modis fit: vel ex frigida cõplexiõe oĩs stomaci dominãte: vel ex acidis humoribus ibidẽ coadunãtibꝰ: vel ex vltimitate exinaniendi quã patitur vis corporis ex frigida cõplexionẽ de aliquo acido hũore nimiã sequi solutionẽ est videre: vnde corpus debilitatur: ꝛ plusꝙ digerat mãducat: omnis eñ digestio ex calore fit tẽperato vel nimio: cum ergo aliquis hac laborat infirmitate: quia caret calore: plusꝙ digerat potest manducare. Cum enim ex defectione cõtingit virtutis cõtentiue qð manducať in stomacho non digeriť. Sed fere sicut intrat crudum ꝛ indigestũ itidẽ emittiť per secessum. ¶ Cum ergo certificať vnde hec infirmitas oriatur: tunc tandẽ allaborandũ est: vt mediceť. Si sit ex cõplexione frigida: vel ex acido humore stomaci infirmo precipiendũ est bibere vinũ purũ ꝛ forte ꝛ multis vicibus ꝛ multum: vnde Ypo. vinũ inqt ebibitũ ꝛ multũ famis ẽ expulsiuũ. oportet autẽ vinũ eẽ rubicũdissimũ: ꝙ in hac ĩfirmitate magis est iuuatiuũ caueať ab acerbo. Si volũtas appẽtat comedere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

vnctuosa pdesset eis dare. In hoc est elaborādū vt quicqd comederit sit vnctuosum. post cibū dandū est qd precipimus vinū: neq; in cibo vel potu acida vel pontica demus. medicamina calida sunt dāda: sicut dyanisuz dyazinziber dyagalanga: dyatrionpipereon: maior trifera ⁊ similia: ⁊ coclerā naturalē ad digerendū iuuatiua: ⁊ a malis humoribus stomachū mūdificatiua. ¶ Si hec passio est ex defectione contētiue virtutis vnctuosa videnť nocere: oportet ergo medicinā dare odoriferā sicut cytoniatū. dyamilon: dyabasilicō electuariū malorū. ⁊ alia pōtica ⁊ ꝯfortatiua.

¶ De irrationabili appetitu. Cap.iiij.


Aliquando quidam homines appetunt irrationabiliter: sicut cretā: lateres carbones: et similia corpus non adiuuātia. hec sepius fiūt in mulieribus frigide nature: ⁊ pregnantibꝰ: maxime ꝙ fit ex malis ⁊ putridis humoribꝰ stomachū inuiscantibus: vel ex aliis mēbris ad ipsum con fluentibus: sicut mēstrua in mulieribus: que dū concipiunt ipsarū mēstrua ad stomachū veniunt. ¶ Diuersitas huius appetitus fm qualitates humorū in stomacho se coadunātium consideratur. Qd cū medicari velimus anetum cum melle coctū demus: vt sine labore euomāt pisces recentes sine sale dentur: ⁊ plures mādu cent radices coctas in oximelle: ⁊ post cibum vinū bonum bibant. Nutriantur cum bono pane ⁊ volatiliū iuscell'. ¶ Si cretam appetāt cicer demus ⁊ fabas ⁊ grana assata: vtiliter his medicabimur si humores nociuos expellere laboremus sine labore ⁊ angustia cum suauivomitu yerapig. ⁊ pillulis aureis: ⁊ stomachum exterius epithimate cōfortemus cū mastice: spicaro. absinthio: oleo nardino. masticēt anisuz ⁊ masticem: ⁊ ameos ciminū mentā ante cibū ⁊ post cibum de hac confectione oportet eum accipere. ℞. cardamomū maius ⁊ minus cub. equali pōdere zucca. quantū sunt oēs alie species fac puluerem ⁊ da quantū pati possit.


¶ De defectu appetendi potū. Cap.v.

Aliquādo rursus bibēdi aufertur appetitꝰ: qd similiter tribꝰ modis efficiť: vel ex nimiis et humidis hūoribꝰ stomacho dñantibꝰ: vel ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

defectione virtutis sensibilis:vel ex corruptione mentis. ¶ Cum velim⁹ medicari op3 cōsiderari hūores si hūores sint nimij in ore stōaci cum vomitu vl' solutiōe sunt purgādi ꝛ cū medicina cibi ꝛ potus dandi sunt qui maloꝝ hūoꝝ sunt mundificatiui:ꝛ malarū qualitatū in bonas mutatiui. Si ex frigiditate sint que dominētur ori stomaci calefaciendus est stomachus cum calidis medicaminibus et antidotis odoriferis ꝛ similibus cibis. ¶ Si sit ex mortificatione sensibilis virtutis in stomacho pessimū est ꝛ mortis designatiuū. ¶ De siti. Cap. vi.



Aliquando sitis augmētatur ex complexione calidorū humoꝝ mēbrorū pectoris dominatiua vel epatis:siue ex apatibus calidis in eis. ¶ Qui autem sitim habent esse ex membris pectoris plus adiuuātur in attrahendo frigiditatem aeris ꝙ si aquā biberint. ¶ Qd si ex epate sentiūt dolorē in dextro latere. post aquā ebibitā: maxime si ambulent. ¶ Plurimū desideriū potus inter mēbra est a stomacho. Sitis stomaci duobus modis augmentatur secūdum qualitatē si patiatur ebullitionē ꝛ ardorē sicut videmus in febricitantibus ꝛ cibum ꝛ potū potestatiue calidū accipientibus vel secundū quantitatē vtpote si stomachus multos hūores colericos habuit vel flegma salsum. ¶ Si mutatio stomaci ex solo calore sit bibendo aquam frigidā extinguitur sitis. Si ex coleribus interclusis infirmus in bucca sentit amaritudinē aqua ebibita ꝛ fumū gulam incendentē aqua ebibita cito calefit in stomacho. ¶ Si ex salso flegmate sentit salsedinē in sapore. si aqua calida bibatur sitis extinguitur. ¶ Cum ergo aliquē videam⁹ sitiētem vltra quantitatē naturalē oportet vt inquiratur si ex sola complexione calida sit. dabit̃ infirmo res refrigeratiua:sicut succus cucurbite cum zucca. ꝛ psilium ꝛ syrupus viol'. Nutriamus cū ptisana ꝛ portula. cucur. lactuc̃. bliti: detur paru⁹ cibus labor dimittatur. quies et taciturnitas ore clauso obseruētur. frigiditas aeris trahat̃. cathaplasma de foris ponat̃ de cucurbita corticib⁹ ꝛ portul'. ꝛ fil'b⁹. Sub lingua teneant trociscos hmōi' valentes ad sitim et calori febris:ꝛ viatoribus in estate euntibus per loca vbi

non inuenitur aqua. ℞. portul. semi. dragag. añ. ℥. iij. semi. melon. cucur. lactu. añ. ℥. ij. sandali gūmi arab. añ. ℥. ij. psilij. ℥. ij. cucu. ℥. iij. viol. ℥. ij. fac pul. et tēpera cū aq̄ ro. in modū fabe: et sub lingua pone. ¶ Si sitis fuerit ex colera ru. stō inclusa purgetur cū farmacia vomitu ptisano: et oxizac. detur cū succo malig. vel syrupo viol. syrup9 ad eandē sitim et ad extinguendū calorē digestionē humectans et sitim extinguens. ℞. viol. ℥. xx. prunoꝝ iuiub. oxifen. añ. ℥. c. spodij ℥. ij. omnia coquant in. ix. lib. aque quousq̧ deueniant ad tertiā colent: deinde succus maligrana. dul. accipiat lib. i. zuccar. lib. ij. fac syrupū dans. ℥. i. cum aq̄ frigida. ¶ Apozima valēs ad eadē. ℞. rose sicce. ℥. v. oxife. ℥. ij. cassief. ℥. iij. se. citonij. dragag. añ. ℥. ij. maratr. ℥. i. oīa ponant in. ij. lib. aque calidissime vna die et nocte postea cola: da ieiuno bibere lib. ß. ¶ Aliud. ℞. lactuce. ℥. i. lētisci rose sic. añ. ℥. iiij. oxifen. ℥. ij. oīa ponant in. i. lib. aque ca. die ac nocte. cola et da bibere. ¶ In siti ex salso flegmate in stomacho existēte vomitus vel farmacia erit purgatio: deinde succus maratri apij coctus et colatus: vel mellicratū cum aq̄ cal. vel oximel. vel apozima vbi maratrū et anisum coquant. Sola aq̄ cali. valet similiter vinū albū et subtile. nutriat cibis colatiuis et mūdificatiuis.

¶ De eructuatione. Capitu. vij.



Ructuatio si sit extra temperamentū nature nocet cibarijs intra stomachū cum prohibeat ad digerendū: cuius causa vētositas inflatiua est: quā per os expellit natura. ventositas hic est ex stomachi defectiōe. hic stōachi defectio est ex mala complexione: vel quorūdam humorū dominatione: si humores sint calidi fumose ructuabitur. si frigidi acide. ¶ Acida ructuatio. iiij. ex causis est. ex frigiditate stomachi: vel ex adunatione cibi: et multitudine sui: vel ex natura frigidissima: vniuersaliter causa ructuādi est ex defectione caloris in stomacho: ne cibo dominetur et digestioni sicut videmus in paruo foco si multa ligna et viridia apponamus. ¶ Unde cum vltra moduz ructuare videmus si sit ex calida complexione inquiramus: quia refrigerandus erit stomachus cum frigidis syrupis: sicut syrupo ros.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

vior. Si ex cacochimis sit: purgãdus est cũ apozimate absinthij: τ aloe vel oxifen. sero caprino sirupo acetoso: cũ oxizaca. seu ptisana cũ succo maligra. τ silia. ¶ Si ex frigida sit ɔplexiõe sine materia calefaciam⁹ cũ calidis reb⁹: sicut cũ corticib⁹ pomi citrini pipere gariofil. mastice carui: cinamomo alith. tyriaca magna: dyaniso: dyacimio: dyatriõ pipereon: dyagal. socrugene: τ similibus Si ex frigidis sit humorib⁹: demus yerãpigrã. yerã. Gal. oximel. mellicratũ: dyazinzib. dyagal. dyaspermaton: gariofilatum: dyacal. dyacarui. si stomacus infirmi ista vẽtositate impleat: neqꝫ eructuatio fiat: dentur vñ eũo fiat: sicut mastic. ciminum leuist. anisuꝫ squinãtũ. ʒʒ. carui: piper longum: τ similia.

¶ De singultu. Cap. viij.



Singultus est malus mot⁹ virtutis desiderantis expellere rem nociuam: qui multis modis fit. De repletiõe de inanitione. De corruptione cibi infra stomacum τ sui permutatione in pungitiuas qualitates. de frigiditate oris stomaci: de ventositate inflatiua stomaci ex repletiõe vel ex multis humorib⁹ humidis vel ex multitudine potus τ cibi. ¶ In singultu de repletione grauitas sentitur in stõaco: corporis repletio: digestiue virtutis defectio: plurimũ hec patiuntur seniores et quieti τ humidis cibis nutriti. Qui singultus ex inanitiõe efficiuntur: vel ex nimio vomitu: vel ex indigestione: vel ex febre acuta: τ hec plurimum patiuntur iuuenes τ laborantes in acuta febre. τ ex frigiditate sit oris stomaci: nihil horum sentitur que dixi: ex ventositate inflatur stomacus τ venter extẽditur. singultus autem difficile τ dure medetur: sicut qui ex inanitiõe cõcreatur. Sed hic est rarus. ¶ Qui cum medicabit videat si ex plenitudine sit: τ vnde plurimum venerit: purgetur repletio cum farmacia vel vomitu si virtus τ tempus cõuenerint. si nautem: demus rem dissoluentem atqꝫ calefacientem: sicqꝫ mundificantem os stomaci: castorei da. ʒ. ß. cum succo mente vel castor. τ mastic. añ. ʒ. ß. cum aqua vbi cocta sint carui τ ruta: ruta detur cum vino veteri: vel aqua vbi cocta sit ruta τ pauco melle: ex composita medicina omnes dentur tyriace τ odorifera antidota: sicut gariof. dyagal. dyazinzib.

dyaciminum: dyacastoreum dyapiretrum dyanisum dyatrioupipereon quodcunque horum inuenias da cum aqua ca. Calefaciamus a foris stomacum cum aqua calida.vbi cocta sint abrotanum origanum sansucum et similia:omnia hic in aqua pluuiali cocta calefaciunt Epithima imponamus cum oleo castorino:laurino camomill.et similibus. In repletione ex sanguine detur aqua ca.cum cassiafistu.vel succo solatri:vel maligrana.vel malorum succo galliaque muscata. ¶ Si vero sit ex inanitione cum acumine et calore timendum est et suspitiosum. danda est aqua frigida:rodostomacum cum rodoleon:demus ptisan.cum oleo viol.cathaplasma apponatur frigidum stomaco:et similiter epithima. ¶ In solutione ventris nutriamus cum lentibus et aceto agrestium vuarum et aliis his similibus. ¶ In singultu ex corruptione cibi in stomaco et mutatione sui in malas qualitates:vtilior est medicina.s.vomitus: quo singultus aufertur. ¶ In frigiditate oris stomaci vel ventositate dentur calefacientia: sicut vinum vbi cocta sint vel nitrum cum melle vel se.apii:ciminum:anisum:calamentum:abrotanum mastix:cinamomum:alith.reubarbar.carui zinzib.conditum vel aliquod antidotorum:in singultu ex repletione dictorum. Menta i singultu ex frigiditate iuuat. ¶ Succus maligra. qui muscidus est:et acrumen mali citri.iuuat singultum ex co. ru.epithima supponatur oleum anisinum anetinum laur.et myrtinum. ¶ In singultu ex cibis calidis et siccis incendentibus et nimiam siccitatem in stomaco facientibus aquam frigidam demus et amigdaleon cum aqua frigida:oleo ro.cum aceto oxizaca. cum aqua frigida syrupo viol.prunorum. Extinguitur omne genus singultuum:si infirmo timenda vel auxia nuncietur:natura enim ex cogitatione singultum impedit.sternutationes fiant cum gariof.rosa: pipere calamento condisi.sternutatio enim mouet stomacum et expellit ventositatem. Item iuuatur singultus manuum:pedumque cubitorum ligationibus. Iuuat tenere flatum ad singultum et oscitationem.anhelitus enim si stringitur: et longo tempore pectori includatur dissoluit: quia ex necessitate calefit:deinde perforans strictas vias in quibus si inueniat ventositatem expellit et eiicit.

¶ De fastidio. Cap.ix.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1



Uicūq; continuā vult custodire sanitatē. stomacū custodiat: ne cū sibi necessariū sit cibū prohibeat: neq; plus det ꝙ digerere valeat. Que situ enim fuit a Gal. quare parū manducaret. Respōdit. intendo enim manducare vt viuā: alij intendūt viuere vt mādučent. dixit Porphyrius. differentia inter me ⁊ vos est in vita hui⁹ mūdi. Ego em̄ non comedo nisi vt viuā: vos viuere mūdo amatis vt comedatis. Interrogauit iterū. Gal. quidā que medicina est perfecta. Respōdit. abstinētia. Plato dixit. Abstinētia est duobus modis: vel enim est vniuersalis vel particularis. vniuersalis vt nō māducet nisi cū vehemēs ⁊ magn⁹ fuerit appetitus. particularis. vt ꝯsideratis elementꝭ tibi dn̄antib⁹ vtaris sibi oppositꝭ cōuenientib⁹. Antiqui parū comedere p̄ceperūt vt calor naturalis dn̄etur sue digestiōi. Si em̄ comedamus hic que calor naturalis nequeat digerere: fastidiū gn̄atur: fastidiū magnū est nocumentū ad sanguinē corrūpendum ⁊ morbum generādum. Quod si sit ex malis cibis grossis generātibus chimos grossos: morbi duri ⁊ diuturni generant. ¶ Morbi nascētes ex fastidio. iiij. modis fiūt: vel ex magnitudine fastidioꝝ: vel ex mutatiōe quā in corpe faciūt: vel ex natura fastidientiū: vel ex virtutib⁹ singuloꝝ mēbrorū: ex magnitudine fastidioꝝ multa fient accūtia molestationū: si parua sunt ecōtrario. Diuersant in mutatiōe. Si cibi vnde fastidiū fit in flegma mutent: oxiremiā faciūt siue gignunt: si in colerā: fumosa eructuatio efficitur. ¶ Ex naturis fastidientiū: qr qui non bn̄ sensibilē habent stomacum: non puncturā neq; dolorē sentiūt: neq; multam solutionē: vel cordis tremorē: neq; capitis dolorē. si stomacus sit sensibilissimus omnia predicta sentit ⁊ patitur ex membrorum corporis virtutibus: qr debiliora membra de fastidio sentiūt dolorem. verbi. g. si caput est debile sentit dolorem. grauitatē. vigilias. alienationē mentis. Idē patiūtur singula membra debilia. si totū corpus debile sit magnam febrīū ⁊ rigoris passionē habebit. ¶ Unde oportet fastidiosos: ⁊ qui sanitatem custodire volūt vt caueant fastidiū: ⁊ cum sentiūt festinēt ad vomitū anteꝙ corrūpatur ⁊ mutet cibus. Si vomere nequeūt studeamus facere solutionnem

ventris in cibo mutato ꝛ corrupto optima est aqua calida: ꝛ vt omnes cibos corruptos euomāt. Quod si nec cū aqua calida euomuerint detur potio vomica. Certificati stomacum corruptis esse cibarijs mūdatū: demus citoniatur. dyamillon. Epithima superponatur stomaco cum oleo nardino: vel masticeleo. Si vomit⁹ nō possit dari: fiat clistere. et similiter de potu sicut ꝛ de cibo iudicamus.

¶ De abominatione. Cap. x.



Um homo anteq̄ cibum accipiat abominationem patiatꝛ: mali chimi in stomaco esse intelliguntur: qui si sint in spaciositatē stomaci facile cū vomitu possunt expelli. Si conclusi in suis pelliculis: abominatio fit inde: neq̄ vomitum facit: q2 hūores illi inclusi sunt ꝛ inuiscati ori stōi. si sint calidi generāt sitim ꝛ fumose faciunt ructuari. si sint frigidi appetit⁹ nimi⁹ fit sine siti. ¶ Medicina hoꝝ in stomaco inclusoꝝ triplex est: vna coctio humorū. secūda tēperamētum eorū. tertia purgatio eoꝝ. Coctio est flegmaticorū ꝑprie et crudorū quā adiuuat taciturnitas somn⁹: q̄es: abstinētia. ꝛ dari rē subtiliatiuā cōuenit ꝛ dissolutiuā: humores colerici: vel flegmatici: vel melācolici: quos natura nō potest immutare in sanguinē. si subtiles sint neq̄ multū in stomaco viscosi solo vomitu possunt emitti. cū ptisano. mellicrate. aliquādo cū aqua ca. si sint grossi ꝛ substātie stomaci nimiū inuiscati: abominationē faciūt nimiā: vnde oportet eos rem incidentē ꝛ subtiliātem dari: sicut radic. ꝛ oximel ꝛ similia postq̄ a pelliculis stomaci hūores extrahētur cū yerapigra purgabūtur que tertiā partē habeat. ꝛ duas aloes. pillule auree valent. ¶ Si stomacus de malis humoribus sit plenus purgabitur. deinde suam complexionem reficiamus ꝛ confortemus cum mastice. menta corticibus fistici. gallia. gariof. spica. cardamomo. ꝛ similibus aromaticis ꝛ cōfortatiuis: demus similiter trociscos confortātes. sicut trociscos rosa. camphoratos: de spodio. de sandalis. cum syrup. similiter confortatiuis: sicut ro. syrupo melle ro. syrupo de malis siue citonijs. de maligra. cum menta facto: ex omnibus que in vomitu dicentur abomminatio iuuatur.

De vomitu. Cap. xi.


Onum est corpori si vomitus non necessarius sibi sit: et si necesse habeat vt sm crisim fiat. ¶ Est autē vomitus cuz os stomaci moueatur in expellēdis eū grauātibus vel pungentibus cibis: siue humoribus: aliqñ fit vomitus ex stomaci defectionibus: cū retinere cibos vel humores nō valeat: qs natura sursum eleuat cū pars stomaci inferior ore sit fortior: vel inferius natura deprimat cuz os stomaci sit fortius pte inferiori. In vomitu sine multoꝝ vel maloꝝ ciboꝝ acceptionibus malos humores esse pungitiuos intelligimus in ore stomaci. Quoꝝ significationes perpēdūtur in his que euomuntur. si ex co. sicut cū calore inuenit in illius cibi digestione: si ex flegmate et frigiditate inueniat cibus non coctus et crudus. G. colera inquit facit abominationē et appetitiue virtutꝭ defectionē: sicut in flegmate salso abominationē faciente et sitis defectionē. ¶ Si sanguinem euomat rupturā alicuius vene in ysofago vel in stomaco significat vel incisionē: vel sui putrefactionē. Qd vel ex causa primitiua fit vel antecedēte: si sanguis sine dolore et vomitu exeat apertam venam in meri vel in stomaco signt. Qd si exit cū dolore et colore rubeo vel claro: ostēdit in meri incisionē vene vel in stomacho. qui preterito iam dolore egreditur et difficilis est in exitu: et color suus niger est: vulnera significat venā corrodentia et putrefaciētia: aliqñ sanguis euomitur: qui ab aliis mēbris ad stomachū confluit: et est malū signū: hic autē exit mixtus cū quibusdā humoribus stomaci. ¶ Si medicari velimus vomitū an ex causa sit os stomaci grauāte et pungente pquiramus: vñ non opz vomitū constringi: neqꝫ prohiberi ipsuz: nisi postq̄ stōacus de malis humorib⁹ mūdificatur: qui cū vomitu egrediunt sed si timeam⁹ vt vomit⁹ augmentet et deficiat īfirm⁹: opz vt digestionē inqramus: q̄ si sit mollis dem⁹ sapā citonioꝝ syrupū myrtinū: syrupū maloꝝ grañ. syrupū pomoꝝ: piroꝝ cū spodio. vel trociscos d balaustia: dent etiā galla. spodiū cū syrupo stiptico: mespil. dem⁹ ius milii. ordei. cū amigd. oia autem assentur: ponant in aqua quā bibant. spodiū cortices fistici. ponatur super stomacū cathaplasma stipticuz et odoriferū: si sint stiptici. demus cassiāfi. pruna. syrup. de

prunis. Clystere faciamus lene et suaue. ¶ Si de colera rubea sit vomitus et virtus custodiatur: cū oxifeni. et absinthio et viol. et silibus purgemus. si virtus. etas. ꝯsuetudo. tēpus nos adiuuent: flobothomem⁹ basilicā de dextra manu. ¶ Si de flegmate yerāpig. demus et apozima calamēti. tyriace. ʒ.i. cū succo mente. demus mentē. lignum aloes mastic. galliam. ¶ Si vomit⁹ de colera nigra fuerit: flobothomemus basilicā. si virtus. etas. ꝯsuetudo tēpus nos adiuuent: si nō possumus: vētosas in ambo latera ponamus: clystere faciamus de camomill. cc. se. succo aneti. furfure. melle. obsomogaro. sisameleo. et silibus: demus oximel. ¶ Si vomitus sit ex sanguine flobothomemus basilicam: si nō aliquod ꝯtrium impediat. si aliqͩ impedierit: vētosas in vtroqꝫ ponamus crure. medicinā illā ponam⁹. vel faciamus quā in sanguinis screatu dixim⁹. qui de pectore egreditur. G. cui inquit in stomaco cibus nō remanet: sed semꝑ vomit: accipiat sumac. ciminū. que insimul pistata cū aquaro. bibat: multū eñ iuuat. ¶ Si vomitus ex defectione stomaci sit: neqꝫ cibum cōuenientē retinere possit accipiat omne stipticum et odoriferꝫ medicamē seu cibum. Juuat mēta pistata cū oleo ros. tēperata: vñ inungatur et os et nares.

¶ De inflatione stomaci. Capit. xij.



Inflatio stomaci est aer non coctus frigidus et grossus nascens ꝓprie in stomaco de inordinata dieta. Aliqñ in capite fit ventositas: qꝛ vēti motio naturaliter petit superiora: nascitur et tunc in toto corꝑe: maxime in ydropicis. ¶ Est autē inflatio vel de humoribus crudis: vel melicis: sed differunt adinuicem: qꝛ de crudis humoribus mollis et humida: de melancolicis sicca et dura. ¶ Hec inflatio cuꝫ veniat opꝫ vt sibi succurratur cū medicina vētositatꝭ ventris dissolutiua: sicut cū cimino in oleo cocto inunge os stomaci. similiter maratrū apium dauc. petrosil. anisum valent: si stomacus fuerit infrigidatus cū oleo vbi coctū est ciminū: qꝺ facimus de. se. rute. et baccis lauri. vngimus: vl damnileo. masticeleo. oleo nardino. oleo nigelle. cicuta pistata cum melle tēperata detur ad bibendū in modū ciceris cū succo apij. castorei. ʒ. ß. similiter valet: dem⁹ etiā carui cū aq̄ cal.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

vel cum vino cocto: demus antidotũ. dyacimi. dyaspermaton dyanisum. socurgene. dyalaca. Itẽ polij montani. calamenti. añ. ʒ. v. fac coquere in. iij. lib. aque: vel cũ vino. ⁊ ad vnã redige cola et da bibere tertiã partẽ lib. cum oleo nardino. succus maratri cũ cas͞siafi. simil'r valet succus mente et sisimbrium. calamenť. camedreos simplex seu ꝯpositus coctus et colatus cũ amigdaleo valꝫ inflationi ypocũdrice et ventositati melancolice: vẽtosam in medio ventris ponamus: circũdemus vmbilicũ sine scarificatione multis videtur iuuare. Juuat iterũ somnus et balneũ. ¶ Epithima valens ad inflationẽ stomaci: ypocũdrie et vẽtositati frigide. ℞. anisi. maratri. cimini. añ. ʒ. vi. aristoľ. lon. squinãti. carpobaľ. añ. ʒ. iiij. calamẽ. ameos: spice: polij. ana. ʒ. ij. c̃c. mastic̃. gariof. añ. ʒ. i. oĩa ꝑistentur: et in. iiij. lib. succi maratri ponantur et ad. i. lib. coquanť. deinde accipe amigď. lib. i. omnia coque quousqꝫ ad oleũ redigantur. da bibere ʒ. iij. in succis herbarum supradictarum.

¶ De obuolutione intestinorum. Cap. xiiij.



Orturam sepe patitur intestinũ: vľ ex grossis chimis inuiscatis: vel colericis quandã faciẽtibus egriditudinẽ: sicut patiuntur qui sepe porris vtunť et similibus: ex grossis chimis esse intelligimus ex magno dolore in intestinis sentiẽte: vel ibi ꝑmanẽte cũ grauitate: si ex hũoribꝰ colericis sit dolor nimius sentiť cũ calore ⁊ siti. si ex vẽtositate grossa mutať dolor de loco ad locũ. gurgulatio est in inferioribꝰ ventris: aliqñ tortura cũ digestione est: aliqñ nõ. ¶ Si ex grossis sit chimis: qď ex sig͞tionibus intelligiť dictis: dãdũ est carpobaľ. et nemicha. ana. exagi. i. pistenť et demus. ʒ. ij. cũ aqua caľ. sil'r socrugene. ℈. ij. cuꝫ apozimate dauci ⁊ centauree. añ. exag. i. cũ sapa. sil'r valet. ¶ Si ex colera sit rubea: deť psilium lotũ cũ se. portuľ. oleo ro. aq̃ frigida. se. citruli et malue cũ syrupo aľ. et oleo ro. est aq̃ frigida. ¶ Si ex vẽtositate sit grossa demꝰ se. nasturtij assatũ. si solubilis sit nõ assatũ. si stipticꝰ: sil'r apij se. anisi. cũ aq̃ ca. ¶ Medicina valens inflatiue vẽtositati intestinoꝝ et emoroyď. ℞. anisi. acori carui eq̃le põdus: fac puluerẽ. frica cũ oleo amigdaleo. dans exagi. i. ieiuno. ¶ Trocisci valentes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

colerice passioni.torture.et iflationi. vomitui angustie siti. ℞.apij.anisi.an̄.ʒ.iiij.absinthij.ʒ.vi. myrrhe.ʒ.iij. fac pul. tempera cum aqua faciens trociscos da bibere cum vino. ¶ Apozima valēs molliciei stomaci.et ventositati:torture dolori.℞.frondiū lauri.ʒ.i.piperis lō.ʒ.i.carpobal.carui. an̄.ʒ.i.reubar.ʒ.ß.fac coqui in aq̄ et da bibere. ¶ Aliud similiter valēs molliciei stomaci vētositati.dolori laterum torture:frigiditati renū.℞.carpobal.carui.an̄.exagi.i.ʒʒ. galange.ciperi.an̄.ʒ.i.oīa pistentur. et coquant in.i. libr. aque.colentur.et cū trociscis bibere dent de absinthio vl' aniso.vel lac. ¶ Si tortura sit cū passiōe colica medicabit: sicut in passiōe colerica dicet:et si cū pōdere:et solutio medicabit sicut in dissinteria dicetur. ¶ De liēteria. Cap.xiiij.



Ienteria est exire comesta vel bibita in eadem q̄litate qua sunt accepta.G.hanc passionē diffiniuit breuissime dicēs.Lienteria est digestionis ablatio cū cibus in stōacho nullaten⁹ mutetur in liquorē:nec in colorē:nec in odorem. ¶ Hec passio nascit ex defectiōe v̄tutis ↄtentiue in stōaco vel ex vulnerib⁹ in supficie stomachi et intestinoꝝ. Defectio contentiue est ex mala ↄplexione stōacho dn̄ante:vel intestinis:hec cōplo sic est perfecta et firmata vt exire nequeat:aliq̄n inter stōm et intestina humor ꝓprius vnde nascitur est flegma.patitur infirmus semꝑ oxiremiam.i.inseparabile accidens:exit cibus ilico cū ingredit sine vlla digestione vl' exp̄ssione v̄tutis:vulnera in supficie stōachi vl' intestinoꝝ causam hn̄t:humores acutos calidos pūgitiuos insequētes cōtentiuā virtutē velociter anteq̄ digerere incipiat:hoc mō infirmus sentit pūcturam et ardorē:et nisi festinem⁹ medicinā in dissinteriā mutatur:hec spēs liēterie nō hz oxiremiā in p̄ncipio:que si q̄nq̄ appareat cibū morari in stōacho tādiu ibi esse sigt donec natura aliquātulū mutat:vn̄ naturā intelligimus in suā actionē reuersam. ¶ Sed cū videat infirmus nihil tenere intra stōm:vnde hoc fiat inquirendū est:aut eni est ex defectiōe v̄tutis cōtētiue in stomacho:vel intestinis:vl' ex vulnerib⁹.si ex defectiōe v̄tutis cōtentiue:videndū est vn̄ defectio sit:aut ex mala ↄplexione sibi dominante:aut de materia ibi adunata.si sit ex ma

teria ibi coadunata: mundificandi sunt humores cū medicina que cū expressione deponat. si ex mala cōplexione sit sola: interrogemus infirmū vtrū ardorem sentiat intra stomacū et sitim et fumosam eructuationē: ex his eñ intelligimus: q2 ex incēsione caloris sit: si nō censerint ꝛ mltū comederint et parū digesserint ꝑpendimus ꝙ ex frigore sit: deinde medicāda sunt ꝯria cōtrariis. ¶ Si ex calore sit de mus se. citonioꝝ. ꝛ piroꝝ. syrupum ro. myrtinū. vel de mal. vel nespil. Quecūqꝫ hoꝝ volueris danda est. ʒ. i. cuꝫ spodio vel trociscis de sādal. vel de ro. dyamileō. dyacitonitē. Cathaplasmata ponamus frigida et odorifera. sicut sandal. ro. cāphora et silia. Nutriamus cū pill. ꝑdic. fasianis. ouorum vitell. que oīa conficiantur cū aceto vuarum agrestiū vel acidarum: cū maligrana. acidi succo. vel aceto vel succo pomi citri. si hec oīa habueris coquantur vt sumac ꝛ fit iuuantior medicina. sedeat infirmus in aqua vbi cocta sint ypoquistis. celsi cortices. castanee flores maligrana. cortices ꝛ silia. ¶ Si ex frigiditate sit def infirmo succus mali grana. cum mēta. dyacosim. dyamastic. cataplasma stōaco superponamus cū laudano. oleo nardino. oleo masticino. cibaria dem⁹ stiptica et aromatica stomaci ꝯfortatiua.
¶ Si solutionē contentiue virtutis ex defectione ex vulneribus habuerit: opꝫ dari infirmo mūdificatiua putredinis comestiua male carnis: de vulneribus: sicut tyriacam. mellicratum et silia. Cum vo certificetur: q2 vulnera sunt mūdificata. et materia eoꝝ purgata: dentur deinde stiptica et subtiliatiua: sicut ro. amidū. vel bolus armenicus dragag. mastix. sanguis draconis succus arnoglo. crocus spodium et silia. In sero demus psilium cū oleo ro. et aqua frigida. Nutriamus eos cū perdicibus: starnis: turturibus. Caueamus de cibis duris ad dirigendū. ¶ Cōpletis que voluim⁹ de curanda lienteria ꝺm curam medicinalē: et artificialem cognitionē: opꝫ hic medicinā dici cōpositam iuuantē omnimode genus solutionis: ꝛ intestinoꝝ lenitatis: ꝛ defectionis stomaci que recipit retinere nō valētis. Dicemus autēꝫ aliā medicinam ꝯpositā valentē ad vomitū et abominationē: huic enim loco pertinet. ¶ Trocisci valentes ad omnē solutionē ventris. lienterie: et lenitati intestinorū. ℞. ros.

spodij.añ.ʒ.iiij.berberis.se.herbe acide.añ.ʒ.vi. hypocist. gumi.thuris.se.myrthe.coriãdri.infusi aceto die ꝛ nocte: omnia assa ꝛ fac puluerẽ:tẽpera cum succo cytoniorũ: fac inde trociscos:da bibere cũ syrupo citonioꝝ. ¶ Alij quos similiter paulus dixit valere. ℞.cortic.maligra.galle.añ. ʒ.viij.se.myrthe.ʒ.iij.sumach.ʒ.xxiiij.fac inde puluerẽ:tẽpera cum vino acido:fac trociscos pẽsantes.ʒ.ij.ꝛ da cum aqua frigida. ¶ Alij valẽtes ad colericã passionẽ ꝛ stomachi defectionẽ:ꝛ ad vomitũ continuũ.℞.ro.se.herbe acide.añ.ʒ.iij.spodij balaustie.ana.ʒ.ij.se.portul.boli. amid. gumi arab.myrthe.se.añ.ʒ.ij.spodij.exag.i. oĩa coquãtur cum sumach.cẽ.añ.ʒ.ij.fac pul.tẽpera cuꝫ succo citonioꝝ. fac trociscos pensantes.ʒ.ß. ¶ Aliud. ℞.gumi.boli.coriãdri assati.ana.ʒ.i.tẽpera cũ succo myrthe fac trociscos.ʒ. i.da.i.cum syrupo stiptico. ¶ Puluis.Jo.Dam̃.valet fluxui sanguinis ꝛ defectioni stõachi de frigiditate.℞. mastic.cube.gariofi.ana.ʒ.v.ligni aloes puri.ʒ. xx. gallie.ʒ. iiij.zuccar.ʒ.xl.fiat pul.dentur ad bibendũ.ʒ.iij.cum odoriferis syrupis. ¶ Aliud.valet ad solutionẽ nimiã ꝛ vomitũ.stomachũ confortat.℞.ossium staphide.ʒ.i.vue pas. assate.sumach.ana.ʒ.x.celsi.castanee.hypoquisti.añ.ʒ.vij. coriandri sicci.cimini.alb.infusi in aceto ꝛ desiccati. atq3 cocti psilij cocti.añ.ʒ.iiij.se.acide.spodij.se. myrthe.cocte gallie.ana.ʒ.iiij.maligra.acidi cocti.ʒ.xv.fac pul.ꝛ da bibere.ʒ.iij.cũ aqua frigida vel cum quibusdã syrupis stipticis:vel succis. ¶ Alius syrupus valens ad defectionẽ stomachi:ꝛ debilitatẽ appetitiue virtutis: ad vomitũ:et ad defectionẽ virtutis digestiue que est cum fortitudine sensus stomachi:his etiã valet qui patiũtur aliquid post farmaciã:vel ebrietatẽ:vl' ingluuiã.℞.rose.spodij.masti. gallie:ana.ʒ.iij.se.portul.berberis.sumach.ana.ʒ.ij. gariofi. masti.cubebe.cardamomi.añ.ʒ.i.ꝛ.ß.ligni aloes puri.carabe.se.acide.coralli incensi.boli. ana. ʒ.i.spice. cinamomi.alithei.asari.ana.ʒ.i.ꝛ.ß.fac pul.frica cum oleo rosa. deinde pone zucca.ʒ.xx.da bibere.ʒ.iij.cuꝫ aqua frigida: vel cũ syrupis iã dictis.si quis velit tpare tẽperet cũ syru. ro. ¶ Syrupus valẽs ad stomachi defectionẽ:lienteriã.vomitũ:ardorẽ.℞.sumach.cortic.mali.se. mythe. ana.ʒ.xx.

omnia coquātur in.iij.lib.aque donec redigātur in.i.colē‑tur.deinde succ⁹ piroꝝ accipiatur:vel mespiloꝝ. citonioꝝ. misceantur cum ipsis equali pōdere:ꝛ zucca.lib.i.ꝛ.ß. fac syrupū.da bibere.℥.i.cum aqua frigida.¶ Aliud.valēs ad singultū ex frigidis humoribus:siue calidis. ad vomitum de co.ru.vel de flegmate:vel de colericis humorib⁹ꝛ visco sis:in ore.stōachi.melēcis:vel flegmaticis.℞.succi malig. cum pulpa sua interiori.lib.v.succi calamenti.lib.iiij.vini odoriferi.lib.iiij.omnia coquantur vsq ad medietatem: deinde colētur:mitte zucca.vel sape.lib.iij. postea coque donec fiat syrup.deinde pone in vase vitreo ad solem per dies.viij.orevasis bene opilato ne aer intus eat.postea da ℥.i.vel.ß.¶ Epithima valens stomacho molli ꝛ defecto.ꝛ ad vomitū de calore incensionis cū ardore stomachi:exte‑rius vnge inde:vel da bibere.ʒ.iij.cum succo maligra.vel syrupo stiptico.℞.sandal.al.ꝛ ru.an̄.ʒ.iiij. balaustie.ʒ.iij. terre sigillate.spodij.masti.an̄.ʒ.i.gariof.cardamomi.an̄. ʒ.i.omnia pistētur:ꝛ in oleo ro.ponātur.succi solatri.succi frondiū vitis.an̄.lib.i.cum suaui igne coquātur vt solum oleū remaneat.pone in vase.¶ Dyascorides dixit.ꝛ de flo re vitis accipias:ꝛ muscidū duobus dieb⁹ facias ꝛ in oleū onfacinū ponas ꝛ aliquantulum olei rosa.valet. et valet quantum oleum rosaceum.

¶ De dissinteria. Cap.xv.


Dissinteria est egestio sanguinis cū excoriatōe vel vulneratione sui.¶ Causa eius vł interior est vel exterior.Interior sicut digestio.al.ege stio colica.acuta pūgitiua quā patit infirmus cum per intestina colera acuta transeat perfo rans ꝛ excorians:vel ex suo acumine vulnerās:vel ex salsi flegmatis acumīe:ꝛ sua salsugine idē in intestino faciēte: sicut videm⁹ in vitri actiōe vel ī vitreo flegmate vel aquo‑sa humiditate. Exterior sicut de farmacia que ex virtute sua ꝛ acumine facit simile.Cum enī intestinū inueniat de‑fectum ꝛ discoopertum excoriat velociter ipsuz.¶ Alis si‑gnificatio dissinterie est tortura ꝛ angustia:ꝛ digestio san‑guinolēta.mixta cum colera rub.vel cū re alia coagulata alba ꝛ viscosa in īteriori quasi vestimētū intestini.¶ Par‑

ticularis significatio dissinterie est cū hic apparent in di-
gestione. si enī est colerica intelligimus esse ex colera rub.
Si flegmatica cognoscit esse ex flegmate salso. si exterior
sit causa ex inqsitiōe infirmi est intelligenda. ¶ Cum ergo
dissinteria sit in inferiori intestino. medio vel in supremo
necesse est vt intelligat significatio: vnde a seinuicē diffe-
rant: qđ intelligim⁹ ex loco doloroso: ꝛ ex qualitate rei cō
mixte digestiōi: ꝛ multitudine cōmixtionis: id est si sentit
infirmus dolorē in supiori stomacho ibi morbū esse intel
ligim⁹. Egestio in hmōi ifirmo mixta est cū subtili sangui
ne cuȝ quadā rasura abominabilis odoris: si in medio sit
intestino fit dolor in superiori vmbilico. egestio mixta est
cum illa re que dissinterie est causa. si in inferiori sit intesti
no: quasi sanguis vel rasura exit in initio cū pondere ꝛ tor
tura: ꝛ incisura. dolor sentit in īferiori vmbilico: ꝛ postea
stercus sanguineū a rasura mūdificatū egredit. ¶ Oȝ aūt
festinemus vt dissinterie medicemur: ne forte inueteret: ꝛ
in vulnera mutetur saniesq; eiiciatur: ꝛ intestinū findat et
mors sequatur. Cum autē medicari disposuimus: vnde et
vbi sit perquiram⁹. si sit in intestino superiori: demus me-
diciuam bibendā: fit enī ex propinquitate intestini ad sto-
machū ꝛ colligantia sui ad ipsum: si in inferiori sit intesti-
no medicandū est cum clisteri propter vicinitatē huius in-
testini ad anum. si in medio intestino medicabitur cū me-
dicina ꝛ cum clisteri. si in superiori perpenditur intestino:
perquirendū est vnde fuerit: siue de colericis humorib⁹: si-
ue de flegmaticis. ¶ Qđ si sit de colericis acutis: demus
omni mane infirmo. ʒ. iij. de gūmi arab. cum syrupo myr-
tino ꝛ aqua frigida vel. ʒ. ij. psilij assati. ꝛ. ℥. ß. de oleo roſ.
cum aqua frigida ꝛ succo portul. ꝛ arnoglose: cū quolibet
hoꝝ volueris da bibere. ℥. i. succi citonioꝝ gūmi ara. cū la-
cte capno. ʒ. ß. accipe lac caprinū ꝛ rizi eq̄li pōdere: et fac
coqui ad medietatē lactis. In aqua quā sunt bibituri po-
ne gūmi arab. assatū bolū ꝛ spodiū ꝛ da bibere cuȝ syrupo
de myrtha vel ro. ꝛ similib⁹ dem⁹ micā panis assi: ꝛ parū
gūmi ara. ꝛ amig. assatas dem⁹ iura de rizi: ꝛ amido asso
vel oua i aq̄ cocta vl accipiam⁹ amiđ. ꝛ micā panis assatā
faciam⁹ inde iura ad bibēdū dāda: si febres nō hūt pullos

perdices starnos comedāt fasianos: ⁊ similia. ¶Puluis valēs ad excoriationē ⁊ vlcerationē intestinoꝝ ex colera ru. ⁊ acuta ⁊ ad digestionē sanguinis ⁊ dolorē et pōdus ⁊ torturam. ℞. boli. ʒ. vi. gūmi. se. por. se. myrte. aā. ʒ. iiij. ⁊. ß. ⁊ oīa assata sint spodij. se. acide amidi assi. aā. ʒ. iiij. se. malue assi acatie. aā. ʒ. i. ⁊. ß. fac pul. fricās cū oleo roß. deinde mitte. ʒ. iiij. ⁊. ß. psilij assati. et da bibere. ʒ. ij. cum syrupo myrtino vel citonio. sicut cum aqua frigida.

¶ Si dissinteria sit de grossis humoribus: ⁊ flegmaticis: demus. ʒ. ij. nasturtij assati cū aqua ca. vel castaneaꝝ. ʒ. iij. cū aqua frigida. masti. ʒ. i. ⁊. ß. cū aqua frigida vel acidorū staphide assatoꝝ. ʒ. iij. cū aqua ca. ¶ Puluis valēs ad dissinteriā ꝺ salso flegmate. ℞. nasturtij assati. ʒ. vi. boli. ʒ. v. celsi. gūmi arab. amidi. se. basiliconis. aā. ʒ. iiij. oīa assata croci. sanguinis draco. balaust. aā. ʒ. i. fac pul. ⁊ da bibere. ʒ. iij. cū syrupo myrtino vel citonio. vespere ⁊ mane. ¶ Trocisci valētes similiter ad sanguinis fluxuꝫ a superiori: sicut a pectore pulmone: ⁊ ad fluxum menstruoꝝ. ℞. boli. se. portul. aā. ʒ. iiij. spodij. se. acide. ro. balaust. myrthe coriandri assi amidi. aā. ʒ. iij. acatie: hypoqui. coralli rub. assati. aā. ʒ. iij. sumach. ʒ. iij. ⁊. ß. dragagā. carabe: se. malue vtriusqꝫ assi. aā. ʒ. i. fac pul. tēpera cum succo arnoglose faciēs trociscos. ʒ. i. ⁊. ß. da bibere vnū cum succo citonioꝝ: vel syrupo aliquo stipticoꝝ. ¶ Aliud valet similiter. ℞. galle balaust. cortic. maligr. aā. ʒ. i. ⁊. ß. rose cubebe gallie. aā. ʒ. ij. gūmi opij. ℈. ana. ß. fac puluerē tēpera cum succo myrthe fac trociscos. ʒ. ß. da bibere vnū cū q̄busdā syrupis. ¶ Miclete valet ad dissinteriaꝫ dyariā pondus tenasmon excoriationē intestinoꝝ vulnera ⁊ confortationē stomachi. ℞. mirabo. chebul. indorū. aā. ʒ. vi. bellirici emblici. aā. ʒ. iiij. fac oīa frangi ⁊ cum oleo ro. frica deinde assa. postea accipe nasturtiū assum. ʒ. i. cimini maratri anisi ameos carui. ana. ʒ. ij. oīa infunde aceto. xxiiij. horis deinde frica ⁊ assa misceasqꝫ cum prioribus: fac pul. deinde accipe spodij balaust. masti. boli sumach gūmi. aā. ʒ. i. ⁊. ß. fac pulue. mitte omia priora ⁊ pista: ⁊ cum oleo rosa. fricans tempera cum syrupo citoniorum dans bibere. ʒ. iij. cum syrupo myrthe.

¶ Si vulnera ⁊ excoriatio in inferiori intestino sint videꝫ

dum erit: vnde sint. si enĩ ex materia colericca sint ⁊ acuta clistere est eis optima medicina propter propinquitatẽ loci. hoc in initio clistere est eis faciendũ. apozima de rosis vitellis ouoꝝ oleo ro. de his fac clistere ⁊ rãnõ appone portula. ordeum mundatũ oĩa coque in. ij. lib. aque: deide accipe lib. ß. ⁊ mitte oui vitell'. olei ro. ℥. i. fac clistere. ¶ Aliud ℞. succi portula. succi acide: succi virge pastoris succi arnoglose. añ. lib. i. olei ro. ʒ. v. vitell'. vnius oui terre sigillate ʒ. i. omnibus appatis fac clistere. ¶ Aliud. ℞. ordei mũdi lentium. ana. ʒ. vi. oĩa assentur balaust. ro. cortic. maligra. ana. ʒ. iiij. rizi lauati. ʒ. x. sepi de renibus caprinis. ʒ. vi. oĩa coquantur in trib⁹ libris aque quousqꝫ veniat vd vnam. cola ⁊ accipe bolum gũmi arab. acatiã cerusam oĩa pulueriza: deinde sume vitell'. oui. ⁊. ℥. ß. olei rosa. et fac clistere. ¶ Aliud iuuans vulnera intestini. ℞. ordei rizi lauati. añ. ℥. i. balaust. se. ro. ana. ʒ. v. copularũ glandiũ. ʒ. iij. arnoglose. boli gũmi. añ. ʒ. ij. oĩa coquantur in tribus libris aque quousqꝫ ad. i. veniãt. deide mitte vitell'. oui: olei ro. ℥. ß. coralli acatie. añ. ʒ. ß. omnibus assatis clistere facito. ¶ Nutriantur pull'. perdicibus starnis: omnia coque cum sumach demus milium rizi: et similia.

¶ Si excoriatio ĩtestinoꝝ vel vulnera ex hũorib⁹ sunt flegmaticis ꝑcipiam⁹ clistere fieri cũ rizo loto bõbicino vsto: alumine vitellis ouoꝝ assatis oleo nardino vino ⁊ silib⁹.

¶ Si tenasmon habeat: faciamus lauari anũ cum re stiptica: sicut sunt trocis. maligra. cupule glandiũ rosa galla in aqua cocta: ⁊ anus inde lauetur: vngamus ante anũ cum oleo ro. ponamus cathaplasma de cõcula marina assata litargiro cerusã oleo ro. ⁊ similia. ¶ Si exiens de vulneribus intestini grossum ⁊ albũ sit: vel grossa sanies cũ sanguine: oꝫ bene ꝑquiri. Si enĩ infirmus neqꝫ febres habeat neqꝫ sitim neqꝫ defectionem virtutis neqꝫ appetitus minoratur: faciam⁹ clistere cũ trociscis arsenici quos dicturi sum⁹ in fine hui⁹ capl'i. Si xtus defecerit ⁊ febris fortis fuerit ⁊ appetit⁹ auferꝉ: maxie si vsqꝫ in sui substãtiã intestinũ perforatũ patiaꝉ: ⁊ qđ exit est quasi corrigia subtilis siue pili: opꝫ maxime caueri trociscos arsenici. ¶ Clistere istud erit vtile. ℞. rizi lauati balaust. rose myrthe cupulaꝝ

glan.an.℥.ß.oia coquantur in.iiij.lib.aque.ꝛ ad.i.redige. colent ꝛ aufer.℥.v.deinde accipe de trociscis arsenici.ʒ.i. ꝛ.ß.vel.ij.scd̄m ꝙ virtus infirmi pati poterit ꝛ scd̄m albedinē exeūtis rei.si qđ exit sanguis fuerit ꝛ nec̄e fuerit hoc clistere fieri. Jūgamꝰ succi arnoglose.℥.iij.si augmētetur putredo vulneri ꝛ sanies opꝫ.ʒ.iij.arsenici accipi.ꝛ.ʒ.ij.rizi vitel.i.oui.℥.i.olei ro.medietatē de sapa: ꝛ faciamꝰ clistere. Si medicina exierit mūdificato vlcere de sanie festinemus subuenire cū altero supradictoꝝ clisterū. Si vero vulnus mūdificatū nō fuerit cū hmōi medicamie oꝫ aliud clistere fieri cū obsomogaro ꝛ melle statim sine mora. Mūdificato aūt vulnere ꝙ̄ citius possumꝰ clistere molle faciamus:qđ supra iā diximus anteꝙ̄ sanies illa in vulnere intestini adunet. ¶ Trocisci arsenici quos ꝓposuimꝰ.℞.arsenici sandarace.an.ʒ.i.ꝛ.ß.calcis viue.ʒ.iij.carte bōbicine assate acatie.an.ʒ.i.fac pul.tpa cū succo arnoglose faciēs īde trociscos. ¶ Alid.℞.arsenici sandarace fecis aceti:assate acatie:gūmi.an.ʒ.i.ꝛ fac pul.calic.viue.carte bōbicine incēse.an.ʒ.ij.aluis opij.an.ʒ.ij.ꝛ.ß.fac pul. tēpera cū vino ru.fac inde trociscos.

De dolore ylij. Ca.xvi.



Leos est dolor intestinorū prohibens stercus exire ab inferiori parte:ꝛ aliquando cogens manere:cuiꝰ causa est bifaria vł de calido apostemate in subtili intestino nascente vel de humoribꝰ frigidis grossis ꝛ crudis inuiscatis accidentia sua inseparabilia sunt vomitus spissus:oia que bibit euomit:dolor est nimius.tortura in ventre superiori. ¶ Jleos de apostemate habet tumorē in vētre extensionē febrem ꝛ sitim:qui de humoribus frigidis est neqꝫ tumorem:neqꝫ extensionē:neqꝫ sitim habet:neqꝫ febrē:sed accidentia post succedentia sunt frigiditas extremitatū corporis angustia vigilie instabilitas:vniuersaliter hic morbus est pestiferꝰ ꝛ mortalis aliquādo in secūda die interficiēs: aliqñ in tertia.raro sanantur. ¶ Cum patientē curare velimus an ex apostemate calido sit perquiramus ꝛ demꝰ catarticum:ꝛ cassiāfistuł.ꝛ mānam cum.ʒ.i.ꝛ.ß.de yerapigr. facta cum aloe loto:ꝛ oleo viola.ʒ.i.vel demus succum fo.

latri vel scariole: bene coctu͂ ꝛ colatum cassiafistu. mana cum.ʒ.i.de yerapig. Si alicuius sit virtutis ꝛ tempus temperatum fuerit:et etas iuuenilis:flobothometur de basilica vena:quantu͂ sufficit:deinde demus apozima cum viol. cassiafi.mana.Clysterizetur cu͂ malua ordeo lini se.viol. et similibus. ¶ Aliud.℞.succu͂ cucur. cu͂ amigdaleo et succo camomille post vngamus ventre͂ cu͂ oleis dissolutiuis:si de humoribus crudis sit et frigidis demus potionem q̄ eulogomenon vocant vel dyasenitiam vel ad apozima de sagapino vel pill.de yerapig.dissolutiuas.G.dicit cum solo vino medicasse.Clistere fiat de aniso camomil.fenugre.sambuceleo.¶ Aliud clystere de sisameleo fenugreco camomil. calamento et similib⁹:demus trociscos valētes ad yleon: de frigido humore.℞.absinthij apij:se.anisi cimini cassiefis.an.ʒ.iij.myrrhe castor.spice.an.ʒ.i.ꝛ.ß.piperis lōgi.opij. ꝯc.ana.ʒ.i. fac pul. et temperans fac trociscos: da.ʒ.i.ꝛ.ß. ¶ Si hec passio ꝯtingat puero qui potionē bibere nō valꝫ fel tauri cum vino distemperatu͂ et vmbilico appositu͂. huiusmodi egritudinem soluit:faciamus epithima et cathaplasma clystere ꝛ similia.

¶ De colica passione. Capi.xvij.

Colicam passionem multi patiuntur est autem passio nascens in quinto intestino qđ vocatur colon et interpretatur concauu͂: locus eius in dextra pte est inferioris ventris: circu͂cingens sicut zona vsqꝫ in partē sinistrā.hec intestinum est vnu͂ de grossis.¶ Causa huius passionis est septiformis Prima est cu͂ augmentaꝛ calor igneus ꝛ colericus sup stercus: vn͂ ꝛ humiditas stercoris desiccatur:ꝛ induraꝛ:ideoqꝫ non egreditur. ¶ Secunda cu͂ cibus in sua essentia est siccus et stipticus egestionē exire prohibens. ¶ Tertia est cu͂ flegma viscosum intra illud augmentatur intestinu͂ et inuiscatur:vt opilet vias eius et ꝓhibeat exire sterc⁹. ¶ Quarta cu͂ grossa vētositas in hoc intestino inuiscatur vel causa frigide ꝯplexionis vel ex defectione stomachi ad digerendu͂ vl' epatis vel ex cibo ī sua eēntia vētoso et inflatiuo.Qđ si inueniat intestinu͂ defectu͂ et ad hāc passionē patu͂ generat colicā passionē ꝓpꝫ ꝯstrictionē vētositatis i egestiōe ster

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

coris. ¶ Quinta cum nascitur apostema in hoc intestino prohibēs exire stercus. ¶ Sexta cū augmētant in vētre lūbrici τ ascarides qui inuiscati τ intorti stercora nō permittūt exire vnde in collicā incidūt passionē. ¶ Septima cum sensus intestini deficit neq; nocumentū stercoris sentit: vnde stercus in intestino remanēs nō exit. ¶ Multi antiquorꝫ dixerunt hanc passionē esse ex defectiōe in intestino expulsiue virtutis: vel ex defectiōe sensus intestini: q2 si expulsiua ad expellendū digestionē ab inferiori parte deficiat qualibet ex causa vel sensus intestinorū lacertorū innatus exire non permittat: neq; ex vtroq; latere intestinum opprimat: vt ad inferiora deponat necesse est prout diximus in yleon deueniat. ¶ Hec passio τ vniuersalia τ particularia accidētia habet. vniuersalia sunt vomitus. abominationes. nimius dolor. tortura magnā partem ventris tenens: hic dolor aliquando augmētatur in vtroq; latere τ in vtrisq; anchis: τ constipatio ventris fit vsq; ad tertiū diez passionis trāseuntis adeo magna: vt neq; sursum neq; deorsuz exeat penitus aliquid. Iterū propria habet accidētia: vnde a medicis sigillatim spēcies diuidūtur vel discernūtur. ¶ Si sit ex colera rub. sitis erit cōtinua: vomit⁹ colericus: acumen τ magnitudo doloris: vt sentiat vētrem quasi acu pungi. tēpus morbi breue: sed molestissimū erit: si infirmus sit iuuenis τ tēpus estatis. ¶ Si ex duritie τ stercoris siccitate fit dolor in intestino inferiori τ grauat: ac si grauis res cōprimeret intestinū: τ ipsuz finderet anū. Manifestatio sit ex calido cibo quē comedit anteq̄ hec passio euenerit. ¶ Si sit ex flegmate viscoso sitis aufert. pulsus tardus. morb⁹ diuturnus. leuis dolor. Si tñ nimiā habet grauitatez dolor et grauitas de loco vno nō mouent. Aliquādo in egestiōe eorū hūores apparēt flegmatici vitrei. ¶ Que passio cum ex grossa vētositate sit intelligit de dolore de loco ad locū mutato cū gurgulatione τ vētris inflatione: τ aliīs signis pertinentibus flegmati. ¶ Si sit ex apostemate ex tactu est intelligere: τ apparet extrinsecus in ventris inferiorib⁹. Qđ si in tactu est calidū τ color rube⁹ τ sitis adsit cum febre et asperitas in lingua cum magno dolore: apostema calidum τ incensiuum constat esse. si tactu frigidum sit; neq; sitim

vel febrem vel magnum dolorē habeat ex frigiditate apostema intelligēdū est esse. ¶ Si ex lūbricis vel ascaridibus infirmus dolorē vel torturā: et abominationem sentit: et aliquādo eos per os euomit. ¶ Si ex ablatione sensus intestini: oportet inquiri an vnq̄ egestionē vltra tēpus tenuerit: vel aliquid fecerit quod intestini pertineat defectiōi. ¶ Errant aliquādo medici in colica passiōe et renū dolore ꝓpter suorū accidētium cōmunionē putātes esse easdē: et medicantur renibus cū medicina colice passiōi attinēti: vnde peccatum incurrūt. Gal. tamen inter colicā veracē et renū dolorē differētiam facit: dicens dolor colicus in latera vētris mutatur dextrorsum sinistrorsum: añ et retro. dolor renū nūq̄ mutatur: sed eodem loco permanens et guttatim vrinam faciens: et vomitus dolorem mitigat. In colica vero passione vrine nulla passio est: neq̄ vomitus videtur prodesse hic sunt signa colicorum et cause quas a physicis canonibus et physicis monstrauimus auctoritatibus.

¶ Jam nūc incipiam⁹ curas: necesse est enim omni volenti curare aliquā passionem vt intendat auferre materiā morbi. et expellere: si tamē accidētia morbi sint molesta et timorosa et suspitiosa: necesse est: vt in antea a regimēto illorum magnorū accidentiū incipiat mitigādo refrigerando: et vt quiescāt extiguēdo deīde reuertat̄ ad mūdificandū corpus ¶ Cū autē aliq̄ passio maxīa habeat accidētia et nimiū dolorē: sicq̄ fiat timorosa: prius est medicāda vt cause doloris mitigent̄. dissoluātur et destruātur infusiōe aque dulcis et tepide et balneis tēperatis et calefactiōe cū camomill. aneto melliloto malua viol. furfure ordeo et sil'ibus. Si sit ex causa ca. post epithimata vngamus dissolutorio et liquefactorio: sicut anetileo yreleo et ydroleo camemeleo: et dāneleo castoreleo: et sil'ib⁹: h regimēta faciam⁹ vsq̄ ad tertiū diem: q2 hoc est minus tēpus in acuta egritudine. si his medicaminib⁹ molestatio nō mitiget̄ et tertia die trāseunte in quartaq̄ ingredit̄ oportet: vñ passio sit inquiri. ¶ Si ex co. ru. minuat̄ in dextra pte de basilica: et maxime si nimis calidū sit epar: vt ex basilice flobotomia dolor auferat̄ veniēs ad intestina: demus yerāpig. factā cū loto aloe: et catarticum de cassia fist. ℞. prunas iuiub. añ. ʒ. iij. vue pas. munde

māne.aā.ʒ.x.cassiefist.viol'.aā.ʒ.v.omnia in.ij.lib.aque co
que ad medietatē: cola et pone.ʒ.i.et.ß.de yerap.¶ Si infir
mus virtutē habeat iūgamus.ʒ.i.scamonee assate: et si de
mus cū.ʒ.x.huius olei meli⁹ valebit.℞.se.citonio℞ se.cu
curb.cc.ortul'.aā.ʒ.x.viol'.ʒ.x.psilij.℥.i.om̄ia ponant in.ij.
libr.aque cal'.die ac nocte: postea fricās et colans accipe.℥.
viij.sisameleō et coq̄ cū suaui foco vsq3quo deficiat aqua et
oleū remaneat.deinde sicut diximus dona.¶ Item demus
scariole succū cum.ʒ.x.cassiefis.et cū oleo musceam⁹ aquam
quā biberit; cum sirupo ro.viol'.et similibus: demus serum
caprini lactis cū aloe loto et scamonea assata: faciam⁹ sup
positoria de viol'.sale cōi melle et scamonea: hoc ordine pro
dest vētrem solui.¶ Si nō: clistere faciam⁹.℞.viol'.malue
ordei mūdi.liquiri.pruno.iuiub.camomill'.ficus sic pōdus
eq̄le oīa coq̄ in aqua et cocta cola.tolle inde.℥.iiij.et mitte.
℥.i.succi.sicle: viol'.aā.℥.ß.salis cōis.℈.ij.¶ Nutriat cū pti
sana crisolocāna blito: et malua cum amigdaleo oīa coque.
sedeat infirm⁹ in aqua vbi cocta sint viol'.malua: ordei fari
na camomilla et similia.¶ In passione colica frigida vel vē
tosa: vel stercorosa fortior eis detur medicina flegmatico
rū humorū purgatiua et grosse vētositatis dissolutiua: sicut
pill'.de serap.pill'.de assa fetid.pill'.de spermatibus.i.semi
nibus diuretic.pill'.de squinanto: pill'.de masti.et aloe: de
his da exag.i.vel.ij.fm virtutē infirmi.tribus dieb⁹ demus
de yerapig.ʒ.iij.cū aqua ca.G.dicit se sanasse hanc passio
nem cū sola yerapig.si necesse ē yeralogodiō detur: tamen
raro.si aliq̄d passiōis remāsisse in corpore dubitemus sepe
catarticū detur de yerapig.detur cū sirupo de absinthio.
Quod si nō valeat detur catarticū cum theod.et sambuce
leo cū apozimate rad.diuret.demus quoq3 de antidoto q̄
factū est de stercore lupino. Accipe stercus lupi da bibere
cū vino: hoc eīn stercus maximā habet ꝓprietatē circa hāc
passionē siue bibitum: siue fiat vnguentū in loco doloroso
cum yereleo vel musceleo.infirmi venter vnguat cum oleo
nardino anetileo camomeleo: his oleis vngamus cū sede
rit in aqua vbi cocta sint camomilla anetū frondes lauri
abrotañ.et similia: demus ad bibendū apozima de galāga
de spermatibus.demus tyriacam philonium eulogemerum

misceamus aquam bibendā cū sirupo yreos siue mellicra-
tum cum sirupo calamenti ꝛ aromatibus. Nutriamus cū
perdicibus in cicere coctis ꝛ aneto pull. columbinis gall.
veteribus plenis aneto cimino ruta sale gemma menta si-
sameleo. demus iterum spumam sinapis fracte cum ami-
gdaleo aceto squillitico. ponamus in cibariis eorū medul-
lam. se. cc. ortul. bibant prasium septies vel obsomogar. si
necesse sit post hec omnia clistere fac vel suppositoria ster-
cus emittētia ꝛ dissoluentia faciamus. ¶ Hoc clistere valet
ad colicā frigidā: ꝛ ex grossa vētositate: ꝛ ad omnē frigidā
passionē que in cōcathenatiōe corporis est. ℞. camomille
aneti. añ. ʒ. x. centauree liquiri. se. lini. fenugre. añ. ʒ. x. apii
calamēti. se. cc. ortul. ameos. añ. ʒ. iii. ꝛ. vii. ficus siccas om-
nia coquātur in. iiii. lib. aque vsqꝫ ad tertiā partem. cola ꝛ
accipe de illa aqua lib. ii. mittens mel ꝛ obsomagar oliue.
añ. ʒ. v. sambuceleo lentisceleo. añ. ℥. ß. nitri. ʒ. ß. omnia con
ficiant ꝛ clistere fiat. si venter a prima vice nō moueat fac
secūda ꝛ tertia. ¶ Aliud valēs ad stranguř. ꝛ frigidā colicā
ꝛ ventosam. ℞. succi apii. ʒ. iii. apozimatis de semine. cc. or
tul. ℥. iii. mellis ꝛ zucca. sisamelei obsomogari. añ. ℥. i. saga
pini. ℥. iii. nitri colloquint. salis gemme: litii. añ. ʒ. i. ꝛ. ß. fac
inde clistere. Quod si ꝓficiat ꝛ ventrē infirmi moueat ꝛ do
lorē quiescere faciat ꝛ ventositatē dissoluat adiuuat. si nau-
tem ꝛ infirmus fortis fuerit iungamus his clisteribus: sa-
gapiň. oppoponac. amoniac. litium: fel taurinum sileleon:
si hec non sufficiant iungamus coloquint. elacterium sca-
moneam castoř de his iungatur vel minuatur ſm ꝙ forti-
tudinem vel debilitatē viderit infirmorū medicus. ¶ Fiant
hec suppositoria. ℞. litii. ʒ. iii. nitri. ʒ. i. bdelii. ʒ. i. coloquin.
scamonee. añ. ʒ. ß. mellis quātum sufficit. ¶ Aliud. ℞. litii.
sagapini fellis tauri. añ. ʒ. i. ꝛ ß. bdelii nitri sarcocolle. añ.
ʒ. ii. colloquintide. scamonee salis gemme. añ. ʒ. ß. mellis
quantum sufficit. ¶ Cataplasma valens ad colicam passio-
nem frigidam et ventosam. ℞. elacterium scamoneam fel
tauri equali pondere cere ꝛ olei quod. s. ¶ Aliud vnguen-
tum vnde vngantur nates: et moueatur venter. ℞. staphi-
sag. nitri. fel tauri. equaliter. mellis quod sufficit. ¶ Si de
apostemate ca. colica fuerit passio sicut diximus. ꝛ si sit de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

colera ru. flobothometur de vena basilica. Et de sanguine multotiẽs paulatim trahatur: sp tñ augendo quãtitatẽ: demus ad bibendũ solatri succum bene coctũ et colatũ: et cũ cassiafi. oleo viol'. vel admigdaleo. faciamus clystere mollificatiuũ sicut illud qđ in colica calida diximꝰ. Cathaplasma refrigatiuũ et mollitiuũ. Pullos demus ad manducandum cũ solatro. ptisanũ quoqꝫ demus: aquã quã bibunt misceamus cũ syrupo viol'. ¶ Qđ si sit apa frigidũ: demꝰ apozima de radicibus cũ sambucelleo. syrup. absinth. cũ amigdaleo et mellicrate aromatico. Nutriamus cũ pullis columb. cum sicla coctis. Clystere faciamus calidũ et dissolutiuũ: tñ temperatũ. ¶ De lũbricis si passio sit sicut dixim꜠ demus medicinã lumbricos occidentẽ et a ventre eijcientẽ quã dicturi sumus. ¶ Si aliqua accidẽtia euenerit de colica passione: sicut vomitus nimius: tortura. sitis stranguria. thenasmon et similia: opꝫ medicari accidentia ſm medicinam suo loco illis datam. ablatus illis accidentibꝰ ad colicam passionem redeamus.

¶ De ascaridibus et lumbricis. Cap. xviij.



Liquando apostemata nascunt in vulua multiformia. Si ergo adsit colera ru. calidū gn̄at apostema. qḋ tamē fit de ventositate grossa: vel de percussione: vel de menstruoꝝ ablatōe. ¶ Si eñ apostema in vulue sit prora sequit dolor cū stranguria: si in ore vulue vmbilici ⁊ natiuz aderit dolor: si in eius pupa sequit dolor dorsi: constipatio digestionis: dolorq̄ sub ypocūdrijs. ¶ Si apostema sit colericum: vl' sanguineū febres hȝ acutas: sitim ⁊ dolorē. Si de humoribus sit grossis: tumor ⁊ durities et grauitas in anchis ⁊ coxis: vnde opȝ succurri. ¶ Si apostema ī vulua sit perquirendū est vnde fit: qꝛ si ex calore basilica vel mediana erit incidenda ⁊ sanguinēda ꝺm virtutē patientis nisi aliquid sit contrarium. mulieri in vulua apostema habēti. Gal'. venā pedū cōuenit minuere: melius eñ iuuat hic q̄ si in alto loco fiat. Itē dixit. in vulue passione necesse est sup manū minuere. Menstrua eñ stringit sanguis detractus ad supiora corpis. Si mulier fortis sit bis in die attrahat sanguis. Si debilis semel: postea danda est medicina que in acuto apostemate valet: sicut succus solatri. cassiaf. māna. mel. ro. ⁊ similia. cathaplasmet in primis cū repugnātibus calori. ⁊ mēbra illius cōfortātib⁹: sicut portul'. solatro. semp̄uiua. psilio. arnoglo. endiuia. oleo ro. ⁊ similib⁹: postea dissolutiua ponamus: sicut endiuiā: oleū viol'. caules. se. lini. maluā. se. fenugr. assungiā anseris. galline. mel lilotū albumē oui ⁊ similia: de omnib⁹ nascarizemus siue simplicibus: siue cōpositis. Dyascori. dixit: spica nardi cocta in aq̄ valet si in ea sedeat mulier. ¶ Nascale pauli valet ad calidā vuluā ⁊ duritiē suā: ⁊ inuersationē suā ⁊ inflationē ⁊ ventositatē: accipe assungiā anseris: medullā vituli: medulā cerui. an̄. ℥. vi. anseris galline. c̄c̄. an̄. ℥. iiij. masti. mell'. an̄. ℥. ij. ysopi. ℥. ij. ⁊. ꝭ. tēpera cū lacte mulieris ⁊ oleo ro. ¶ Si apa sit frigidū ⁊ grossuȝ q̄ dissoluat erit faciendum: sicut fenugr. mellilotū: se. lini. mēta. sansucus. ⁊ silia sunt apponenda. epithima faciamus ⁊ nascale sil'r. demus apozima de radicib⁹ diur. ad bibendū. de squinat. ⁊ pill'. de serapino: balnea assidue ⁊ epithimata lenia. dāda sunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

cibaria grossa humorẽ non generãtia. ¶ Si certificemur saniẽ ibi esse collectã ponenda sunt cathaplasmata maturatiua ⁊ aperitiua: sicut de fenugre. se. lini. farina tritici: farina ordei: ficub⁹ cũ fimo colũbino coctis. Si crepuerit apa et sanies inde effluxerit in eneã vesicã detur lac asini et capre. se. cucumeris ⁊ melonis. Clysterizemus cũ ptisano et melle in vulua: cõfectio vnguẽti ⁊ nascalis. ℞. assungie asseris ⁊ galline. vituli. cere. añ. ʒ. x. vitell'. oui. assi. ʒ. v. bdellij. myrrhe. ã. ʒ. i. cc. ʒ. ß. yreleos ⁊ olei nard. qd sufficit.

¶ De vulnere matricis. Cap. xiij.



Ulnera in vulua generantur de acutis apostematibus: ⁊ aliquãdo de acutis medicaminib⁹ vel de aborsu: que certificant ex sanie inde effluenti. ⁊ ex dolore et ex pulsatiõe in matrice. Si sit putrefacta sanies fit ex colera nigra cũ putredine horribili ⁊ ardore nimio: vnde mulieri est precipiendũ: vt in vuluã ponat illa quib⁹ vulnera mundificent: et calor extinguat et dolor mitigetur sicut succus solatri. arnoglo. oleũ ro. cum albumine oui: lacte mulieris: succo portul'. et similia. Demus mulieri ad bibendũ catarticum de iuiub. se. papaueris. liquir. ⁊ similia. Nutriamus cũ cucurb. portul'. ⁊ similib⁹. Sedeat in aqua vbi cocta sint myrtha. rose. fenugre. balaust. lentes: cortices: maligra. ¶ Si vene sint corrose dem⁹ san. dra. myrrhã. thus. bolũ. cc. aristotel'. lon. de quibus oĩbus clystere faciamus vel nascale. Siliter valet litiũ. acatia. vnde nascale fiat. valet ad pruriginem vulue. cc. cãpho. litargi. bacca lauri. albumẽ oui. oleũ ro. seu clystere. seu nasca[illegible] fiat. ¶ Jo. Da. dixit. farina fenugre. cum sanguine anse[illegible] valet ad dolores matricis: valet etiã lac ficuũ cum vitello oui si facias inde nascale.

¶ De mollitie matricis. Cap. xiiij.



Ulua aliqñ patit mollitiẽ ꝑpter humiditatẽ nimiã vel in loco frigido multã sessionem: seu aque frigide infusionẽ: his eni emollit ⁊ a suo loco egredit: aliqñ egredit ꝑpter nimiã expssionẽ in partu. ¶ Uñ in medicãdo hypoqsti. et balaust. in vulua sunt ponẽda. Sedeat in aq̃ vbi cocta sint stiptica. epithima fiat cũ oleo ro. ⁊ myrtino. cõmãdet ob:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

stetrici vt matricē reponat in interiora. Deinde faciamus puluerē de reb⁹ stipticis: ⁊ desup ponam⁹: sternutationes faciamus: q2 aliqñ reddūt vuluā in interioribus. Dyascor. merda bouina valet ad vuluā egressam si inde fumigetur mulier: eadem medicina prodest que ⁊ ano exeunti ꝓfuit.

¶ De dieta pregnantium. Cap. xv.


Rout Hal. in multis suis libris profitet: ligatio fetus in matrice est sicut ligatio fruct⁹ in arbore: fructus eñ in arbore cum generatur: primū debilis esse approbat: vnde facile labitur: si arbor quolibet vēto moueat: vel ꝗbusꝫ aliis similibus: cū autē iam in arbore firmat: vt iam tēpus suū medietur: ligatur firmiter: ⁊ a timore cadendi remouetur: cum autem iam ad maturitatē compleatur cadit sine vllo motu: et ab arbore separat. Similiter in vulua fetus cum sperma in vuluā incidit ligatio eiusdē debilis est: vnde si mulier patit in saltu vel in lubricatiōe: vel farmacia: vel flobotomia vel venarū fluxu in emoroyd. siue in collo: vel nimio corporis motu seu anime: ligatio fetus dissoluitur: ⁊ de vulua facile labit: similiter cū perfecte iam cōpletur tēpore horum medio fortior ⁊ solidior est eius ligatio: vnde que grauidat sine nocumēto fetus aliquo modo mouetur. ¶ Oportet ergo vt in principio cōceptus nullus femine ad memoriā reducat cibaria que in illo tempore inueniri nequeant: ne forte desiderāti ⁊ non inuenienti causa sit abortiendi: si desideret inueniēda que vis ad eam ducenda festinemus. ¶ Regatur autem stomachus grauide extrinsecus cum rebus confortatiuis: sicut oleo nardino: masticeleō. absintheleon et odoriferis cathaplasmatibus maxime in principio cōceptus: cū autē appropinquat partui assuefaciat balneari: ⁊ vngat se mollitiuis oleis et nutriatur cibis mollib⁹. ¶ Si inflatio pedum supuenit: oleo nardino: masticeleo. ro. vngat ⁊ aceto: fumigētur crura cū aqua: postea chimolea cum aceto tēperata est superponenda: pedes fumigemus cū apozimate de caulib⁹: vł de abrotano. ¶ Si habeat appetitū incompetentē iniūgatur moderatū exercitiū: odoriferum bibat vinū: tēperata sit dieta: post cibū accipiat malag. citonia. pira. si lutū vł carbo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

nem quesierit: dentur cicer. fabe asse. epithimata et catha-
plasmata odorifera et aromatica sunt apponenda pectori
vel stomacho. ¶ Si humores furiosi grauant pectus oportet far
maciam dari postquam fetus .iiij. menses expleuerit: et vsque ad .vij.
peruenerit. hoc enim tempus est medium inter tempora concipiendi: fetus
etiam cum fortiter et perfecte in vulua ligatur tunc medicus in far-
macia danda non sit temerarius. Quam si dederit leuem et secu
ram dari oportet. ¶ Si grauide ventositatem stomachi pa-
tiantur siue vulue: oportet festinari ad solutionem ventosita-
tis: ne causa sit abortiendi. Erit autem ad hoc puluis iste vtilis
quia valet ad ventositatem matricis. ℞. zedoar. betonice. se.
apij. ana. ℥. ij. casto. ʒ. i. ameos. ℥. iij. zucca. ℥. xx. pulueriza. et
da. ʒ. i. ¶ Antidotum valens ad dolorem matricis et ventositatem
sui et grauitatem stomachi: grauidarum enim aborsum aufert.
℞. se. apij. maratri. ameos. ℥℥. ana. ℥. iij. masti. gariof. carda
momi. assari. ana. ℥. i. et. ß. cinamomi. nucismus. casto. zedoar.
doronice. acori. ana. ℥. ij. zucca. ℥. vi. pulueriza. et adde mel. quod
sufficit. da. ℥. i. cum vino. ¶ Aliud valens ad duritiem partus.
quod Gal. ad morsum aranee. scorpionisque que sunt vene-
nosa dixit valere. ℞. piperis al. grana. xxx. myrrhe. castorei
storac. ana. ℥. i. et. ß. opij. ℥. iij. galbani. se. apij. ameos. anisi.
sisameleos. ana. ℥. iiij. et. ß. fac puluerem tempera cum vino.
da bibere. ℥. i. et. ß. cum. ix. ʒ. vini.

¶ De difficultate partus. Cap. xvi.



Cum mulier tempus naturale pariendi expleue-
rit mouetur fetus motu fortiori: vnde vuluam
necesse est dilatari et virtute sua expulsiua fe-
tum de secundina emitti. ¶ Sed aliquando gra
uiter pariunt: neque etiam parere possunt: quod mul-
tis fit causis vel ex calore subito et extraneo ledente mulie-
res: vel ex angustijs viarum vulue: vel ex nimia mulierum pin
guedine: vel si sit fetus mortuus: neque se ad exeundum iuuerit:
aliquando si concipiat aliqua quam adhuc sit paruula: et si in hyeme
sit: aeris enim nimia frigiditas vulue vias constringit: si in
estate contigerit calor aeris ventrem dissoluit qui fetum solet
adiuuare egredi. ¶ Oportet ergo si viderimus mulierem in partu
laborantem precipiamus eam balneari in aqua vbi fenugre.
mal. se. lini. ordeum mundum cocta sint: vngamus coxas et ven-

tris inferiora cũ oleo & dissolutiuo epithimate. fricem⁹ latera & femora cũ oleis dissolutiuis: dem⁹ oxizaccarã ad bibendũ & capill'. veñ. mentã et absinthi. de quib⁹ puluere facto detur cũ vino. ʒ. i. sternutationes faciam⁹ cum thure: ambulet per decliuia loca suauiter.

¶ De exitu secundine. Cap. xvij.



Postquã mulier peperit si secũdina remanserit in ea expellẽda opȝ festinare cum sternutatõe tenẽdo os & nares. cinerẽ quoqȝ aqua infusuȝ: et postea colatũ cum. ʒ. i. puluerizati. se. malue demus ad bibendũ cum aqua ca. et post vomere faciamus: similiter. cc. puluerizatũ demus cũ aqua cal'. et vomere cogatur. Itẽ valent ad emittendũ secundinã et sanguinẽ a partu remanentẽ fumigationes vulue cũ oculis salsorũ piscium: vel vngulis equorum: vel stercore canino: siue cũ cicuta: siue sinapi. ¶ Si sanguis post partũ nõ exierit medicetur cum medicina prouocante menstrua.

¶ De sciatica passione. Cap. xviij.



Passio sciatica nascitur ex humorib⁹ in neruũ illum grossum descendẽtib⁹ qui scia vocatur. hec inter lacertos est coxe. ¶ Fit aũt plurimũ ex humoribus flegmaticis et viscosis in cõcauitate coxe se adunãtibus: aliqñ ex humorib⁹ sanguineis cũ colera ru. mixtis & ibidẽ collectis: vnde patiuntur dolorẽ in coxis: aliqñ descendit dolor vsqȝ ad crura et calcaneũ: & vsqȝ ad paruum pedis digitũ: aliqñ est in vna parte: aliqñ in vtraqȝ: si autẽ sit in sinistra peior et molestior est ꝙ in dextra. ¶ Si ex humorib⁹ sanguinolẽtis et colericis sequitur nimietas doloris & cõtinuatio pulsationis & ardor et incensio: quod maxime cõtingit iuuenibus. ¶ Si ex calidis certificet̃ esse humorib⁹ vena minuatur q̃ saphena vocat̃ de calcaneo si passio sit in vtraqȝ pte flobotoment̃ vtreqȝ vene. G. dixit. tñ valet hic flobotomia vt vna die infirm⁹ euadat: aliqñ etiã vena in medio brachio est flobotomãda de pte infirma: & maxĩe in initio hic fiat: si nos adiuuerint tp̃s: etas: cõsuetudo: & regio: postea danda est farmacia q̃ colerã rub. purgat: silr̃ clystere faciam⁹: nutriam⁹ cũ dieta caloris extinctiua sepe balneent̃ i aqua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

dulci: demus pillulas de mastice ⁊ aloe. vngam⁹ epithima tibus frigidis. ¶ Si de hūorib⁹ frigidis sit ⁊ viscosis. demus farmaciā chimos illos malos purgantem: sicut pillule de hermodactil'. de tapsia vel fetidas: vl' demus de stomaticon pillule de collquintid. theodoricō: ⁊ similia: frigidos ⁊ viscosos humores purgantia: clystere faciamus de centaurea: se. lini. fenugre. colloquintid. ⁊ similiibus. Nutriamus cum cibis bonorum chimorum generatiuis caueant a plenitudine cibi ⁊ potus: maxime si grossi sint cibi: ⁊ ad digerendum duri: cautissime coytum vitent: maxime post cibū. cum purgabuntur farmacia: clysteri balneis: et corp⁹ mūdificatum de materia morbi īterioris certi fuerimus redeūdū est ad epithimata exteriora ⁊ cathaplasmata: vn̄ costus fili⁹ luce dixit. in lib. quē de iectigatiōe fecit: vbicūq3 inquit epithimata: emplastra seu cathaplasmata alicui morbo supponēda sunt: vn̄ mēbrū percipit esse calefaciēdū: vel materia grossa de illo dissoluēda: op3 p̄cessisse purgationē toti⁹ corpis cū farmacia ⁊ flobotomia: certificato ꝟo corpe ⁊ mūdificato ⁊ passiōe remanēte in vno solo mēbro ꝑpter hūores in ip̄o clausos. si mā alia nō fuerit que eos aliūde effluēs augmētauerit: tūc tm̄ apponāt epithimata ⁊ alia sil'ia. sed si corp⁹ plenū sit hūorib⁹ op3 vt caueāt: q2 multo magis attrahit ad mēbrū infirmū q̄ dissoluerit. ¶ .G. dixit. hec passio si inueterauerit op3 venas incidi: ⁊ post incēdi. ¶ Dyasco. dixit. vidi multotiēs incendi cū stercore pecudū ⁊ multū ꝓfuit. Iterū si calefaciamus locū infirmū cū merda bouina valet: medicina calida danda est infirmo ⁊ dissolutiua: sicut tyriaca philoniū socrugene dyatriōpiperō et sil'a. fumigem⁹ cum aqua calida vbi calamentū anetū camomilla origanū mellilotū sansucus frōdes lauri: ⁊ sil'ia sint cocta. ¶ Pillule valētes ad artheticū dolorē ex frigidis hūorib⁹ grossis ⁊ viscosis: ⁊ ad sciaticos podagricos ⁊ ad ventositatē neruorū. ℞. armoniaci serapini bdellij oppoponacis aloe sarcocolle asse se. cicute apij anisi. an̄. ʒ. i. colloq̄ntid. ʒ. ij. turbith. ʒ. iij. scamonee acori. an̄. ʒ. ij. tēpera cū succo porri: ⁊ factis pill'is. da. ʒ. i. ⁊ ß. vel. ij. vel. iij. ꝯm vires patientis. ¶ Pillule de serapino valent similiter. ℞. serap. turbih. an̄. ʒ. v. bdellij apij: sem.

acori.ana.ʒ.ij. sansuci calamēti cicute.ana.ʒ.i. scamonee castor.spice tapsie.an̄.ʒ.ß.tēpera cū succo apij: ꝛ da bibere ¶ Pillule alie valent simil'r. ℞.sene.ʒ.v.bdelij.ʒ.iij.serap̄. sarcocol'.armo.an̄.ʒ.ij.mastic̄.acori colloquint.scamonee. ana.ʒ.i.ꝛ.ß.calamēti apij:seminis anisi maratri cicute spice sticados salis armoniaci.ana.℈.i.ꝛ.ß.tempera cum succo apij:et da.ʒ.iij.cum apozimate de nigro cicere. ¶ Epithima Jo.dam̄.valet ad sciaticos podagricos de frigiditate vel flegmate. ℞.colloquintide.ʒ.lxxv.euforb.ʒ.lxv. lactis titimali.ʒ.xxxv.omnia terantur.ꝛ in.iij.libr. aque ponantur per triduū et in.iiij.die olei veteris libr.i. mitte et suauiter coque donec.ij.partes aque remaneāt.deinde cola ꝛ mitte ad focū coquens quoad solum remaneat oleum postea pone.ʒ.iiij.cere liquefacte et mitte euforbium bene pistatū et lac titimali et tēpera fortiter.deinde vnge infirma loca calcaneū.s.et plantas pedū. ¶ Si fortius operari volueris da infirmo sero.ʒ.i. de serap̄. in mane inunge.

¶ Suppositoria deponentia flegma viscosuꝫ valent ad dolorem dorsi:et ad colericam passionem de frigiditate. ℞. serap̄.ʒ.ij.bdelij sarcocolle colloqnt.scamone nitri litij fellis taurini myrrhe.ana.ʒ.i.tempera cuꝫ melle cocto:et fac in modū glanð.suppone vnam: et postq̄ exierit pone alteram vsq; ad tertiam. ¶ Stomaticon valet ad dolorem arthetice membra frigida calefacit:similiter vesicā et renes et dura apostemata destruit.℞.sisameleon caulium.an̄.ʒ. i.storacis.ʒ.iiij.coque suauiter vt dissoluatur storax: deīde cola et vnge.¶ Calida epithimata ventositatē dissoluunt in membris adunataꝫ.humores grossos digerūt et dissoluunt:membra calida faciunt frigida: fortius epithima est elacterion : post costileon : damnileon : cicuteleon : sambuceleon : anetileon: yreleon : pyganeleon: oleum de balsamita:et similia. ¶ Si aliqua velis ad dissoluendū grossos humores et ventositatem fortiora coque piretrum in quocunq; volueris horum anacardi.castor. euforbium cicutam storacem costum calamentum et similia. quantitas hoꝝ ponendorum in his oleis.ʒ.ij.vel.i.ꝛ.ß. neq; frequenter faciēda sunt ista.cauēda em̄ post mūdificationē interioris corporis ne passio peioretur et augmentet̄. ¶ Sed si ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

sola sit frigiditate vel membris inclusa ventositate: et sine materia valent quandoq; epithimata ibi imposita.

¶ De podagra. Cap. xix.


Podagra ē dolor calcanei: ꝛ plāte pedis cū distentiōe nerui ꝛ pulsatiōe sui nascens ex malis hūorib⁹ ad calcaneū descēdentib⁹. ¶ Qui si calidi sint ꝛ acuti dolor nimius erit ꝛ pulsatio cōtinua incidens calcaneū. si sint frigidi ꝛ grossi fit grauitas nimia ꝛ extensio ꝛ sine dolore acuto ꝛ pulsatione non est tumor. ¶ Apostemata autē podagrice ꝛ arthetice passionis nō sunt tumētia: q₂ tumor in solis mēbris carnosis nascitur: ꝛ multū sanguinis habentib⁹. horū mēbrorum humiditas viscosa ꝛ frigida est nutrimētum. Iterū q₂ sunt carne nuda non sunt tumentia. ¶ Plurimuz nascitur hec passio suauiter ꝛ quiete viuētibus ꝛ exercitia negligentibus vel purgationes ꝛ mūdificatiōes corporis nolētibus: maxime cū multū comedāt atq; bibant. he. n. res in corpore creant humores. ¶ Si autē materia. al'. natura pedes inuenerit debiles descendent ad eos humores: membra vero cum sint debilia: nō possunt eos expellere ex defectiōe sua: vnde hec passio venit maxime principib⁹ ꝛ suauiter viuentibus ꝛ corpora humida habētibus: maxime si multo coytu vtuntur: ꝛ cibis nimiis impleant. cōcatenatio mēbrorū calesit cū motus ad coytū fit ꝛ calor hūores sibi attrahit. Itē assuefactione coytus nerui laxantur ꝛ rumpuntur. Plante pedum ꝛ calcaneum membra neruosa esse videntur: vnde fit vt q₂ non coeunt eunuchi non patiūtur hunc morbū: ꝛ si habuerint tamen raro: quod fit eis ex multitudine humorum ꝑpter inordinationē diete. Sicut etiā pueri non fiunt podagrici nisi ex inordinatiōe diete ꝛ ciborū multitudine. Mulieres vero nō fiunt podagrice: q₂ non laborāt in coytu: sicut masculi: ꝛ omni mense purgant menstruis: quicq̄d diximus de podagricis illud intelligēdū est de artheticis. Gal'. podagra inquit est passio incipiens in vere ꝛ in estate sanatur in. lx. diebus vel antea. Si in autūno ꝛ vsq; ad hyemem durauerit durū est eā curari: ꝛ qū oportet nos eā curare flobotomem⁹ eos si multū sanguinez habuerint ꝛ maxime sup̄ manū si in eis sanguis abundātia vel colera sit cau

fa: q si humores sint flegmatici farmacia flegmatis purga tiua sunt purgãdi sicut pill. de tapsia vel hermodactil. vel de serap. cum certificetur q materia sit expulsa reuerta= mur ad pedes cũ cathaplasmate et epithimate cũ suffumiga tiõe et incipiẽdũ est cũ rebus repugnatiuis et illos humores a pede expellẽtibus. si calidi sint hũores psiliũ demus cum oleo ro. succum solatri portul. farina ordei lentigines aque cortices cucurbi. succũ coriãdri albumen oui. sandal. ro. cã= phora et silia sunt superponẽda. Si frigidi sint succ9 caul. cicute origani: et alia cathaplasmata sunt supponenda que adhuc sunt dicẽda calida demus antidota. sicut sirupuz so= crug. dyaciminũ dyatrionpipereõ philoniũ et silia. Nutria mus cũ leui dieta et temperata iniungamus exercitia. et de hac medicina demus quã experti sumus. ¶ Pillule de her modactil. valẽt ad artheticũ dolorẽ et podagricũ de frigi= ditate. ℞. aloe hermodactil. mirabol. citri. colloquinti= de turbith bdeliĳ serapini. añ. ʒ. iiĳ. sarcocolle castor. euforb. oppopona. cicute se. apiĳ. añ. ʒ. i. et ß. cc. ʒ. i. tẽpera cũ succo maratri. fac pill. ¶ Alie. ℞. hermodac. mirabol. citri. añ. ʒ. iiĳ. turbith. ʒ. i. et ß. aloe. ʒ. vi. tpa cũ succo porri. ¶ Alie. ℞. sisameleos anisi piperis al. et lon. tapsie. zinziberis. añ. ʒ. i. et ß. agarici. ʒ. iiiĳ. mastic. ʒ. vi. hermodactil. ʒ. xx. tẽpera cuz vino et fac pill. ¶ Alie. ℞. aloe zuc. añ. ʒ. x. serapi. mirabol. citri. bellirici hermod. añ. ʒ. v. piperis ni. et lon. añ. ʒ. iĳ. et ß. asse oppoponac. ã. ʒ. i. senecĳ. ʒ. iĳ. tapsie. ʒ. iĳ. tẽpera cũ suc= co porri. ¶ Alie. ℞. mirab. citri. bellirici et emblici zinzib. ana. ʒ. vi. origani. ʒ. xi. tapsie. ʒ. iiĳ. hermodactil. ʒ. xxxiiĳ. pe= nith. ʒ. xx. bdeliĳ. ʒ. xxi. tpa cũ succo solatri fac pill. ¶ Alie. ℞. hermodactil. yerepig. mirab. citri. turbith aquale pon= dus tẽpera cũ succo solatri. ¶ Alie. ℞. colloqntide. aloe sar cocolle serap. bdeliĳ euforb. scamõee turbith mastic. frond. basilicõ anisi. ana. ʒ. iiĳ. tẽpera cum succo caul. et fac pill. de oĩbus his da. ʒ. i. et ß. vel. iĳ. vl. iiĳ. ßm virtutẽ patientis cum aqua calida. ¶ Cathaplasma valens podagricis de calida causa. si vngantur manus et pedes atq genua et vbicunq sit podagra. ℞. farine ordei. ʒ. x. sandal. ru. ʒ. v. acatie. ʒ. iiĳ. myrrhe. cc. apiĳ. añ. ʒ. i. tempera cum succo solatri. ¶ Aliud valens sanguinolentis apostematibus et calide podagre.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

℞.malue farine ordei psilij.omnia pulverizentur cum suc=co portul.ꝛ oleo ro.temperētur.¶ Aliud.℞.citonia cū ace to cocta farinā ordei. ¶ Dyascorides dixit.opiū ꝛ crocum paruū cum lacte tēpera:q2 mitigāt dolorē calide podagri= ce apostematū.¶ Aliud.℞.sandal.al.ꝛ ru.memithe farine ordei.aā.ʒ.iij.opij acatie.cc.farine lentiū.aā.ʒ.i.tēpera cū succo solatri vel coriādri.¶ Frigidis podagricis valet scor deon cum aceto temperatum vue passe mundate ꝛ rutha in simul pistata ꝛ commixta valent assungia vulturis cuꝫ ster core pecud.valet similiter ꝛ assungia caprina radix elacte= rij aceto cocta valet: ꝛ omnia epithimata ꝛ vnguenta cali da valent similiter vt predicta.

¶ Prohemium.



Xpletis in superiori particula mēbrorūꝫ interiorūꝫ passionibus:ꝛ eorū expositis curationibꝰ ſm antiquorū nostrorū cano nes:ꝑut sufficiens expetebat breuiariū: cōsequit vt i hac septima particula:que fineꝫ nostro libello est impositura:dica= mus quid exterius corpus patit: ꝛ quid appareat sensibꝰ.Itē ꝙ cuꝫ sit exterius. acumē tn̄ nocet interioribꝰ:subsequent curatiōes eorū ſm auctoritatē.Hypo.ꝛ.G.q̄ fundatores extiterūt huiꝰ artis. Incipiēdū est aūt a febribꝰ effimeris.G.dixit.molestiores esse oibꝰ alijs passionibꝰ:q2 unde interiora ꝛ exteriora pa= tiunt:ꝛ nocēt spiritibꝰ ꝛ animatis virtutibꝰ ꝛ naturalibus actiōibus.Igit incipiamꝰ ab effimeris febribus que inna= scuntur spiritibus:he enim febres ex paruis nascuntur cau sis: ꝛ aliquando aliarū sunt cause febrium:ꝛ nulle alie sunt cause ipsarum: vt dicemus.

¶ De effimera. Cap.i.



Ffimera ergo febris ex calore nascit simplici sine materia:ꝛ spūs sine materia vel putredine calefacit:vn̄ fit vt nō duret nisi vna die. Spūs hi sunt.s.vitalis spūs qui fundamentū est ꝛ mā caloris nālis.aīalis qui fundamentū est sensus ꝛ volūtarij motꝰ.nālis aūt spūs q̄ fundamētū est.iiij.virtu= tū naturaliū: que sunt appetitiua retētiua digestiua expul=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

siua. ¶ Hec febris duob⁹ modis diuiditur: vel enim ipsa est morbus vel accidens morbi. s. tale ꝙ ex alio morbo cōsequitur: si apostema est morbus fit ex causis tribus: vna est qua corpus patitur extrinsecus: sicut calorez solis estiui ⁊ venenum ⁊ frigus nimiū ⁊ balnea aquarū exteriora corporis viribus suis desiccantiū ⁊ opilantiū: sicut vitrea aqua ⁊ aluminosa vel sulphurea. Secūda est motus nimius corporis: sicut labor ⁊ exercitia ⁊ ambulatio nimia ⁊ similia. vel motus animatus: sicut ira: cogitatiōes: tristitia: angustia: ⁊ similia. Tertia est consuetudo ciborum ⁊ potuum calidorum sanguinem calefaciētium. Effimera febris que accidēs est morbi alterius est febris apostema sequēs inguinis ⁊ assellarum ⁊ colli ⁊ similiuz. Sanguis collectus in apostemate nisi cito dissoluatur necesse est vt calefiat. Deinde cor calescit ꝑpter cōiunctionē arteriarū ⁊ cordis: vnde generat̄ febris effimera: he sunt cāe effimere. ¶ Oportet ergo vt vniuscuiusq; causam dicamus et significationes et planissimas curationes. Intelligitur ergo febris effimera que est ex calore solis: quia capita corporibus sunt calidiora ⁊ nimium dolentia: ⁊ facies est rubicūdissima: aliquando patiuntur nimium reuma calidum ⁊ incendens. ¶ Febris propter venenum corpora magis q̄ꝫ capita calefacit: interiora desiccat ⁊ incendit: quia calor veneni desiccat humectationem corporis ex nimia frigiditate. mutat colorem ⁊ aufert pulchritudinem: mutat̄ enim in liuiditatem ⁊ obscuritatem: ⁊ sic corpus extrinsecus refrigerat ⁊ desiccat. In capitibus grauitas cū frigiditate sentitur. ¶ Febris ex balneis aque stiptice ⁊ desiccatiue cutem duriorem ⁊ sicciorem reddit: q̄ꝫ illa effimera que ex frigiditate fit: que cutis cū si manibus tangat̄ apparet quasi infusa aliquādiu i galla cū mali granati corticibus. Cum autē manus in locis immoretur aliquibus q̄ ex impositiōe man⁹ ipsius calefaciunt: sentit̄ fumus exiēs a corpore acutus. ¶ Febris ex cibis ⁊ potibus calidis incendit sanguinē calore sui ⁊ spiritum naturalem qui in epate habitat: ⁊ ita calor cordis impeditur: ⁊ a corde per totum corpus reliquum diuiditur: vnde rubicundior est vrina q̄ꝫ in aliis effimeris: q2 vrina est colamentū sanguinis ⁊ ceterorum humorum: ⁊ quia calor est in sanguine statim

sentiunt dolorē in epate. ¶ Febris ex labore corporis corpus fatigatum debile et siccum facit. in articulis nimiam debilitatē continuū dolorē. Sudor in statu minor est q̄ in ceteris effimeris: hic enī febris cum declinauerit dissoluit cū sudore humiditatē de superficie corporis: sicut in exeūtibus a balneis. Alij sudant sudore laudabili: et si non sudauerint fumus de interiori parte corporis ascēdit. ¶ Febris ex ira intelligit̄ ex facie rubicunda: et egressione oculorꝫ et velocitate motus eorꝫ ac desiccatione palpebrarum et fortitudine ⁊ magnitudine pulsuum: aliqn̄ color citrinatur et tremorem patiuntur: qđ fit si ira est cōmixta timori. ¶ Febris ex tristitia et angustia oculos cōcauat et inquietat: colorem aufert: corpus debilitat: pulsus subtiliat: vrina fit acuta: he significationes angustiose et tristes sunt in oībus angustijs qualescunqꝫ sint. ¶ Cum ergo medicus intellexerit: vnde febris effimera sit: ad curandū erit facilis: et si ex calore sit vel ex venenis balneādus erit in declinatione febris: neqꝫ tn̄ balneo debet immorari: et aqua tepida et dulcis sit. postq̄ balneū exierit lecto flores frigidi et fumorꝫ extinctiui sunt ante ponēdi: sicut viole rose salices: psilium et myrtha ⁊ similia. humectande sunt nares eorūꝫ sepe cū oleo viol'. timpora vnge cū oleo ro. ⁊ aceto. fumigāda sunt capita eorꝫ post declinationē febris cū tepida aqua vbi viole et camomille sint cocte. si inq̄ reuma non habuerit neqꝫ caput doleat. Si humores sint in capite nimium caueāt hec: et quādoqꝫ nares fumo huiusmodi apponant. Demus succū maligra. cū zuccaro et cucurb. et syrupū. al'. ro. et viol'. Nutriamus cū mica panis lota cuꝫ zucca. et cucurb. portul'. cucumere lactuc̄. malisgra. post ablationē febris perdicibus starnis: ⁊ similib⁹. Si ex frigiditate sit apponatur post declinationē febris aqua vbi camomill'. sansucus anetū basilicon sint cocta capite inclinaro suꝑ horuꝫ fumuꝫ. post balneetur in aqua tepida ⁊ dulci. Moret̄ plus in aere balnei q̄ in solio: quia calor huius aeris facit sudare humectationē dissoluit: poros aperit: si catarrū habuerint caueant fortiter balneari nisi postq̄ catarrus ad dissolutionē venerit vel maturauerit odoret odorifera: sicut sansucum sambucū abrotanū: et similia. calidis operiatur ve=

stimentis vicinos habeant carbones: focum sine fumo vt prohibeat frigiditatē vngamus corpus vnguentis tēperatis: sicut cameleo: anetileo yreleo et similib⁹. ¶ Si febris sit ex aquis stipticis et desiccatiuis corporis: opꝫ balneuꝫ prohiberi nisi post declinationē febris. crura imponamus in aq̄ vbi cocta sit camomilla anetū sansucus et similia: fumus horū odoret. post balnea faciamus vbi eū suauiter fricemus: et cū aqua dulci et tepida fumigemus: hoc eīn cutē emollit et poros aperit. caueant vnguenta in balneis: qꝛ poros corporis claudūt ⁊ fumum includūt in interiora sui. temperata hūc adiuuant exercitia corp⁹ dissoluentia ⁊ poros aperiētia: vitet cutis refrigeratiua. Nutriatur cū dieta facile digestiua. ¶ Si ex calidis sit cibariis et potibus oxizaccara: demus cū succo maligra. syrupus alb. et ro. dem⁹ post declinationē febris: dem⁹ trocis. de spodio vel cāphora cuꝫ syrupo viol. vel ros. cathaplasma superponas epati de portul. lētigine aque psilio cortice cucurb. farina ordei oleo ro. et similibus. Nutriamus cū portul. endiuia crisolocanna: misceatur aqua cū sitient cum syrupo de psilio vel malogranī. ¶ Si de labore sit corporis opꝫ vt studeam⁹ ei⁹ quieti et suauitati. fricemus eū suauiter cū oleo ro. et viol. balneet cū tēperato balneo: ⁊ cū exierit vngat cū olo ro. ⁊ vio. Nutriam⁹ cū hūidis cibariis: sicut pull. eduł. pisciculł. ¶ Si febris sit ex animato motu contrariis repugnetur: vt anima mitigetur et delectetur cum sermonibus et actionibus et diuersorum musicorum generibus et videndis diuersis rebus et odoriferis et pulchris formis. Studeamus in humectatione corporis cum temperatis balneis. vngamus postq̄ balneum exierit cum oleo ros. vel vio. neq̄ moretur in balneo neq̄ appropinquet coytui. Nutriatur cum ptisana crisolocanna portul. cucurb. bliti. febre deficiente vel discedente: demus perdices pullos starnos fasianos vinum tēperatum odorent sandal. campho. ro. viol. vniuersaliter caueant a desiccatiuis: et humectatiuis vtantur ꝼm etatem et consuetudinem sui anni et tempora et similia. ¶ Si febris sit ex apostemate inguinis vel cuiuslibet alterius loci studeamus in medicandis apostematib⁹ que cause febris esse videntur.

¶ De causone. Capi. ij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1


Auson est febris magnũ corpori prestans incẽdium: cuius signa sunt hic. sitis nimia et continua: dolor incensiuus et molestissim⁹: nature repugnatiuus: ⁊ ab initio corruptiuus ꝓpter acumen materie vnde generatur: materia eñ acuta est et ignea et colerica in cõcauitate venarũ que cordi vicine sunt adunata maxie in venis oris stomachi: et cõcauitate epatis et pulmonis. Accidẽtia hanc febrem cõcomitantia sunt: calor nimius: sitis continua. ¶ Causa fortitudinis caloris in hac febre est col'a rubea intra venas: duritiespebris et cõtinuitas ex plurima sunt colera in venis cordi vicinis collecta. que hmõi generatiua est febris: cum sit venar̃ oris stomachi et cõtinuitatis epatis propria. necesse est sitis cõfortetur et cõtinuetur. ¶ Hec autem febris duobus modis diuidiť: vn⁹ est purus et molestissim⁹: alius nõ purus: et minus molestus: purus et molestissimus est de colera rubea et incẽsiua: pura ⁊ acuta: nascitur vt plurimũ in iuuenibus. quoꝝ complexio naturaliter ca. ⁊ sic est: ⁊ maxime in estiuo tempore: estiuum eñ tempus hanc cõfortat naturaliter et augmẽtat. Alius modus nõ pur⁹: neq꞉ adeo molestus ex colera ru. citrina cum humiditate flegmatica mixta ⁊ fumo colerico nascitur que moderata sunt vtraq꞉. ¶ Cũ hãc febrem molestissimã timor comitatur: opꝫ ab initio nõ negligatur. Sed studeat medicus vt. iiij. tẽpora sua perfecte intelligat: et in vnoquoq꞉ operetur ẜm ꝙ opꝫ. Si viderit in initio morbi ꝙ natura indigeat vt purgeť et remoueatur materia morbi purgeť morbus cum oxifenitia: prunis. iuiub. cassiafi. manna viol'. et similib⁹. et si quid hꝫ cõtrarij: sicut defectionẽ virtutis ⁊ cruditatẽ et viscositatẽ materie: caueat quanto plus valeat ne in augmẽto morbi faciat qđ disturbet naturã et impediat a regimẽto morbi. Sed opꝫ noticiam morbi ⁊ motus in initio non fugere eũ vt adiuuet naturã in regimẽto sue virtutis cuꝫ dieta facili ad digerendũ: et in substãtia laudabili: sicut ptisano cocto perfecte: panis mica cum aqua frigida bis vel ter lota. ¶ Gal'. in lib. pericriseos. innuit quomodo in acuta egritudine infirmus debeat nutriri. In nutriẽdo inquit infirmo intentio nostra triplex est in acuta egritudine: vel eñ cõsi=

deranda est virtutis quātitas infirmi: vel tēpus infirmitatis vel etiā qualitas morbi: quātitas virtutis necessaria est sciri: vt bene custodiatur: virtus enim repugnatiua est morbi: vn aliqn plurimus detur cibus cū defectio virtutis ambigitur neqꝫ aliqn tempus morbi cōsideratur. Tēpus morbi consideratur vt sm vicinitatem status cibum ordinemus. verbi grā: si sit vicinus dieta subtilissima: et aliqn nulla dabitur si remotus grossior cibus detur ꝛ paulatim sm ordinē vsqꝫ in statum subtiliabitur. Qualitas morbi est scienda: quia oīs febricitās liquida indiget dieta. ¶ Qui febrem hꝫ corporis consumptiuā querit habere quātitatem plurimā ciborum: et aliqn in tempore accessionis. Qđ si febris nullā quietem habuerit et infirmū nutrire necesse sit: eligenda est hora in qua sanus comedere solebat. et cōueniēs tēpus diei est frigiduꝫ vtpote aurora in qua natura est excitata: aer subtilis ꝛ clarus: febris mitigata. Quia frigida aurora calide febri repugnat: hi sunt sermōes. G. in dieta infirmi ordinanda cū acuta egritudo fuerit: ꝛ hic apponuntur cause sue actionis: qꝛ vero ab initio vsqꝫ in finem est causon periculosa: oportet famulari huic diete subtili ptisano: et mica panis in aqua lota bis vel ter detur: vel quater et cum zuccaro. ¶ Si febriens sitiat aqua detur cū zuccaro facta vel mulsa. sugat malagra. vuas hyemales mollitiem cucumeris vel citruli: vel syrup. ros. et viol. et silia. In vespere da. ℥. ij. psilij cū aqua frigida loti. ꝛ. ℥. i. sem. portul. Si aūt cibum oportuerit dare mica panis loti danda erit in vespe cū malisgra. et hic fiat cū mitigetur febris. ¶ Custodiatur aūt quāto plus potuerimus ne cibus detur cū febris augmētatur nisi cū magna necessitate cogamur. Si digestio sit stiptica cū succo cucurb. molliatur. et cū manna viol. cassiaf. syrupo viol. et similib⁹. Qđ si non valeat: suppositoriū fiat de viol. nitro. scamonea. litio. et similib⁹. et si hoc nō valeat: clistere faciamus de succo blitis. furfure. herba circundante arborē: sicut hedera. viol. malua. et similia. ¶ Et in augmēto febris studeamus ad inanitionē stōachi quantuꝫ poterimus nisi aliqđ impediat: sicut suspitio defectus virtutis in repugnatiōe morbi: tūc enim aliquātulū recreād⁹ erit cū dieta subtili sicut ptisano: ꝛ mica panis lota. ꝛ dem⁹ pa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

rum quantum sufficiat virtuti sustentande et non plus. ¶ Si dolor capitis superueniat: oleũ ro. cum aceto dandũ est: et succus portul'. vngatur his frons et timpora sternutationes faciam⁹ cũ oleo viol'. calcaneũ et crura infundantur aqua tepida ꝛ dulci: postq̄ vngant plante pedũ cũ ol'o viol'. ligent crura cũ mollibus pãnis: cathaplasmabuntur frõs et timpora cũ sandal'. ro. ordei farina: cum aq̃ ro. tẽperata cum succo cucurbi. vel portul'. ¶ Vigilijs infirmo incongruentibus iungendũ est hic cathaplasma. se. lactu. papaueris que tẽperãda sunt cũ succo lactuce. ¶ Si siccitas sit in ore et asperitas in lingua: lauentur vtraq; cuz psilio. et se. citonij. oleo viol'. ¶ Si autẽ cor tremat psilium dem⁹ cũ succo cucumeris: et syrup̃: de iuleb. vel de vuis agrestibus: vel de aceto. vel de pomo citrino: cathaplasment de sandalis farina ordei et succo cucurb. vl' aqua ro. temperatis qđ superponendũ est stomacho inanito. Nutriẽdus est cũ cucurbi. portul'. lentibus mũdatis. hec oĩa coquantur cũ aceto vuarum agrestiũ: amigđ. et similia. Apponant sibi frondes myrthe. salicis et sil'ia. ¶ Hanc febrẽ patientes plurimum incidũt in frenesim que medicãda est: sicut in prima particula diximus. ¶ Similiter et tussim siccam patiũtur et sintesim: et ycteritiã que sunt medicanda: sicut diximus per sua loca singula abundanter.

¶ De tertiana febre. Cap. iij.



Ertiana febris quã greci triteon vocãt: nascitur ex chimis col'icis immutatis ꝛ putrefactis Si tñ putredo sit extra venas ꝛ arterias generatur tertiana interpolata cũ rigore ꝛ tremore Qđ si putredo sit intra venas et arterias concreatur tertiana ꝯtinua: vel causon. Reprehenduntur tñ a quibusdam obijcientibus nobis. vñ inquiunt: tertiana vel causon cõueniunt vel differũt: quibus respõdebitur qꝫ cõueniunt in hoc qꝫ materia est vna. s. colerici humores: ꝛ intra venas et arterias concrescunt: differũt ſm locuz vbi humores nõ cõueniunt. Incensiones autẽ causon ꝓprie in venis sunt vicinis cordi: maxie i venis oris stomachi: epatis: atq; pulmonis specialius q̄ in alijs locis corpis. Incẽsiões aũt tertiane continue in oĩbus venis totius corpis eq̃les sunt.

¶ Intelliguntur autē tertiane continue esse tribus modis: vel de re naturali: vel de non naturali: vel de re extra naturā: de re naturali. Vbi gra. qr ꝙ plurimū in estate nascūtur: maxime si aer calidior sit ⁊ siccior: et cōplexiones ⁊ regiones sint similes ⁊ exercitia infirmorū dum sani sunt in labore nimio: siue fatigatiōe: vl' de re naturali: qr plurimū innascunt illis quibus cōplexiōes calidissime ⁊ siccissime dominātur: maxime si in corpore sint macilenti pori rari. etate. xxv. annorum: vsqꝫ ad. xxxvi. vel de re extra naturā. i. de accidētibus infirmo: ⁊ significationibꝰ medico. ¶ Cum autē hec febris de humoribus nascatur acutis ⁊ colericis necesse est semꝑ vt sequat rigor nimius: quasi pūctura spine siue acus: acuta eñi illa materia sensibilibꝰ mēbris est vicina. Qd cum effluat ⁊ mēbra pungat sensibilia: acumine sui puncturā et tremorē generat: cum in vsu nō habeat sic effluere. Qd fit si hec materia extra venas et arterias sit: proprius autē est huic febri vomitus colericus: egestio tincta: maxime in tertio periodo: vel in quarto: vrina eorum ruffa vel ignea subtilis. Sepe tamen febrē acutā inde habent: et in epate puncturā propter colerā rubeā ⁊ sanguinis mixturam. Quod si sit vera. xij. tenet horis ⁊ dimittit xxxvi. ⁊ in periodo finit. vij. i. in die. xiiij. Qd si. xij. excesserit horas: neqꝫ die. xiiij. finiatur: intelligit esse non vera: hic ergo cum non sit vera: ⁊ cum alia sit mixta trāsit terminum predictū ⁊ diutius durat: aliquādo in autūno incipiens ⁊ in vere finiens. Et in febre hac molestissimū est genus putredinis: vnde oportet cauere ne dentur res calide: ne forte colera rubea cum acumine suo cerebrū ascēdat et apā ibi faciat: ⁊ inde infirmus frenesim incurrat. Que febris timidior est ⁊ molestior: qr co. ru. ex mobilitate et velocitate sua cū acumine suo nō patit peccare infirmū nec errare medicū: vnde oportet medicū preuidere morbi initium: vt si virtus infirmi sit ydonea: humores furiosi ⁊ mobiles: detur farmacia de prunis: oxifenitia viol'. mirabol'. citri. cassiaf. māna. ⁊ silia in die interpolationis demus: et hec fm virtutē ⁊ etatē: ⁊ succus maligra. ⁊ quedā catartica in libro nostro iā predicta que colere rub. sunt purgatiua. Cauēdū autē est ne in die accessionis dent ne forte na-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

tura impediat in morbi repugnatioib⁹. Detur ergo in die accessiois succus mali gra.cuz syrupo vio.vel ro.vel psilio. vitetur ergo cib⁹ in accessionis tēporib⁹:vtat in die accessionis cibis tēperatis:neqȝ etiā detur tribus horis precedentibus:sed sustentet cū syrupo ro.vel viol.vsqȝ ad declinationē vel discessum febris:deinde detur ptisanū in vespere:ꝛ panis cum zucca.lotus. si sint stiptici: neqȝ catartica possint ab initio dari:sicut diximus cum quedā nos impediant:vtpote corruptio aeris:vel defectio virtutū. Demus in die interpolatōis oxifenitiā:mānam: cassiaf. syrup.vio. Si autē digestio non humectetur suppositoria cōficiātur cum menite.viol.scamonea.nitro.litio.silr ꝛ clystere faciamus de prunis.iuiub.vio.furfure.ordeo mūdato. ¶ Custodiamus dies.vi.precedētes diem afflictiōis tanq̄ dies accessionis:vt inueniantur die.vij.corpora mundificata et preparata ad obediendū nature in morbi repugnatione: neqȝ impediatur cibo vel medicamine aliq̄. Si autē infirmus in augmēto fe.murmuret de siti:ꝛ de siccatiōe labiorum et palati.demus psiliū in aqua cucumeris cuz syrupo viol. Similiter succus de malis gra.misceatur. aqua bibēda misceatur cū syrupo ꝛ similibus. ¶ Cessante autē febris incensione:ꝛ febris mitigato acumine. si murmuret de pūctura stōi danda est mica panis ter lota cū zucca. Nutriendus est crisolocāna.portul.malua.portul.cucurb.lactuca. que oīa coquātur cū amigdaleo. Ista tamē sunt faciēda cū febris cessare incipiat. ¶ Si caput doleat supra frontem ꝛ timpora ponamus oleū ros.temperatū cum aceto: nares humectande sunt cū oleo ro. ¶ Si v̄o capite desiccato frenesim inciderit:sternutatio fiat cum oleo ro.vel viol.cum lacte mulieris puerū nutriētis:capiti vero raso imponam⁹ lac et aquā tepidā:vbi papauer ꝛ lactuce sint cocte ꝛ viole pedes ꝛ crura impones in aqua tepida ꝛ dulci:deinde cuz oleo viol.calcanei ꝛ plante pedū vngant. ¶ Si v̄o.vij.die vomitus mouet vel egestio supuenerit spōte:vel ex actiōe nature non erit stringenda: sed dimittēda q̄diu virtus infirmi id pati valeat:dāda sunt mitigātia ꝛ calorem ꝛ sitim extinguentia:sicut syrupus mali gra.vel ro. vel oxizacca. ponendum est in aqua bibenda spod.sandal.se. portula.et

similia. ¶ Si vero egestio augmētet et defectionē virtutis dubitemus: ad stringēdū festinemus cū sapa vel citonica. trocis. de spodio: sicut diximus in dyaria et dissinteria: similiter si in ycteritiā inciderit medicabimur: sicut in suo caplo diximus. Iūgat aūt medicus siue minuat fm q̄ ex necessitate coget. ¶ De synocho τ synocha putrida. Ca. iiij.



Quia sanguis est oibus humoribus naturaliter tēperatior τ saporosior atq̧ vicinior humane cōplexiōi inde τ nature familiarior existit quē fecit natura materiā nutrimēti totius corpori sz tn̄ si augmētet q̄titatiue τ qualitatiue mutetur dimittit a natura neq̧ regit negās sibi attinere euz sicut pater sibi filiū: remanet ergo crudus τ idigestus exiēsq̧ tēperamentū: necesse est ergo vt putrefiat τ generet febris que synochus vocat τ est ɔtinua: qr sanguis naturalr ītra venas τ arterias est semp q̄ sunt vie sibi ad oīa mēbra corporis. ¶ .G. in lib. de febribus diuidit febrē putridā duplr: altera eñ est putrida intra venas τ arterias: altera vero ex. Dixit ergo de priori q̄ ex necessitate continua fit. q̄ extra venas erit interpolata. ¶ Nascit item febris continua de puro sanguine cū intra vasa: non tamē putrescēs calefiat: huic febri propriū est inflare: qr sicut diximus de puro sanguine nascit: cuius in corde τ pulmone plurima est virtus: vnde calor inflatiuus ista febris ab antiq̄s vocatur: qr calor pectoris siue pulmonis est causa sue inflatiōis. ¶ Differt autē nascens de sanguinis putredine τ que nascit de eiusdē ebullitione: qr prioris febris fetet vrina: pulsus est diuersus: quia cōstringi se vult magis τ sepius q̄ dilatari propter festinantiā nature in expellendā supfluitatē vel fumosam putredinē. Altera nulla hz hmōi accñtia: qr signa preueniūt eā futurā pn̄ūciatiua anteq̄ appareat. s. fatigatio. grauitas mēbrorum. plenitudo corum: rubor coloris: calor supficiei corpis: h autē signa sequunt eā: dolor capitis: incēsio. g̃uitas sui. tumor tiporum. egressio oclorum puitas sitis: τ stupor assiduus. ymagīatio ruffa añ oclos: pulsus velox τ fortis: vrina rubicūda: vl vermiliosa: plurimū hāc sequunt variole. ¶ Que cū sint opz ante statū morbi de vtute infirmi per q̄ri. τ etate: atq̧ ɔplone: tpe aere. ɔsuetudie: q̄ si ɔueīāt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

et virtus:maxime flobotomādus est infirmus: de sanguine q̄ptum sufficit auferatur. Si autē morbi initiū ꝓpter nimium fit cibū quē comederat infirmus ꝛ adhuc invētre sit coadunatus opꝫ vt in die scđa vel altera suspendatꝰ flōmia quatenus in digerēdo cibo cōfortet natura ꝛ a vētre exclu dat: q̄ꝛ si nō fiat naturalr̄ faciamus artificialiter. si aūt nulla hoꝝ particulariū cōueniāt signa nisi virtꝰ sola: scarificemus; ꝛ nō flōmemus: oībus vō aliis cōgruētibus: sola tū virtute dissonāte: neqꝫ flōmari: neqꝫ scarificari est necesse: quia virtus sola semꝑ morbo repugnat: vū semꝑ est inuestigāda ꝛ obseruāda. cōfortāda quoqꝫ: ꝛ coadiuuāda ꝓ posse nostro. ¶ Si vō obuietur flōmie quibusdā ex causis quas debemus dicere: caueatꝰ maxīe in statu: vel in augmētatōe et si virtus videatꝰ cōgruere. In his eñ duobꝰ tēporibꝰ virtuti non cōfidimus adeo laborāti in morbi repugnationibus: opꝫ ergo extinguere calorē et acumē sanguinis cum psilio: succo maligra. syrup̄. vio. syrup̄. de prunis: q̄ꝛ si egestio obuiet erit humectāda cū oxifenitia. cassiaꝰ. viol̄. mā: na. ꝛ similibus. ¶ Si in pectore habeāt antiquā tussim vl̄ febre supueniēte passionē nouellā demus iuiubas. viol̄. se. portul̄. ꝛ sil̄ia. Nutriamꝰ cibis leuibꝰ digestiōi in substātia laudabilibus. sicut ptisano ꝛ panis mica. ¶ Si autem sanguis nō sit colericus vel nimis acutus: vēter ab initio humectetꝰ: sicut ante iā diximus: si hic non ꝓsit suppositoriū fiat ꝛ clysterizemus. ¶ Capiti dolore supueniēte: oleū roſ. apponatꝰ cū aceto: nares humectentꝰ cū oleo viola. pedes atqꝫ crura in aqua ponantꝰ tepida: vbi camomil̄. viol̄. sint cocte: ꝛ sil̄ia. Ligētur etiā crura mollibꝰ pānis dolore capitis nō cessante: ꝛ catarro vel tussi carēte pectore: lac mulieris vel asine capiti infundamus: laueturqꝫ cū aqua vbi viol̄. ordeū ꝛ camomill̄. sint cocta: sternutatio fiat cū oleo viol̄. ¶ Angustia vō vel incēsione supueniētibꝰ: psiliū demus et succū maligra. ꝛ syrup̄. viol̄. ꝛ similia. ¶ Si mente stupeat ꝛ oculos apire nō valeat: cessandū est a supradicta capitis medicina: ꝛ pedes p̄dicta aqua infundere sufficiat. Nutriēdus est cum malis gra. et pane loto. ¶ Si autē cardiacam inciderit. cathaplasma stomacho debet superponi de sandal̄. farina ordei. ro. camphora. ꝛ aqua ro. ¶ Sā:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

guine de naribus effluente superponātur timporib⁹ ꝛ frō-
ti cathaplasmata ĩ cardiaca dicta. ¶ Si autē necesse sit in
fine huius febris extinguere qđ remanet incēsionis dem⁹
hoc electuariū qđ ꝓbauim⁹. ℞. spod. sandal'. citri. se. por-
tula. succi liquir. añ. ℥. iij. se. cucumeris. mel'. cucurb. mun-
date. añ. ℥. ij. dragagā. gūmi arab. amomi. amidi. añ. ℥. i. cu
bebe. cāpho. añ. ℥. ij. candi. ℥. vi. fac puluerē tempera cum
succo rosa. dans. ℥. iij. multū valet.

¶ De quartana febre. Cap. v.


Ebris quartana de putrida colera nigra na-
scitur: que si sit intra vasa generatꝫ sine rigo-
re quartana que vocatꝫ cōtinua. si extra vasa
generatur interpolata. ¶ Uera autē quarta-
na. xxiiij. horis tenet: ꝛ itermittit. xlviij. que
ex signis tribus: sicut tertiana intelligitꝫ: idest re naturali:
et nō naturali: atqꝫ extra naturam. De re naturali: qꝛ plu
rimum hanc patiuntur qui complexionē habent frigidaꝫ:
et siccam etate. s. senes maxime frigidi sicci macri: ꝛ subti
les habētes venas atqꝫ vacuas. al's. concauas ex defectu
carnositatis. De re nō naturali sicut de tēporibus anni. si
sit autūnus ꝛ aer frigidus ꝛ siccus tūc fuerit: et regiones
similiter. De re extra naturā vt in initio accessionis cum
materia incipit putreficri. minus erit rigor laboriosus cor
pori ꝛ frangitiuus ossiū corporis. colera eīn nigra que hu-
ius febris est materia ꝓpter suam frigiditatē ꝛ grossitieꝫ
super sensibilia membra effluens grauat fatigat et frāgit
ea. Color febrientis liuidus est. cutis sicca. huic febri duri-
ties et dolor splenis ꝓpria sunt: vrina in principio fe. alba
et aquosa: et in declinatione ꝛ in cessatione ꝛ materie di-
gestione fit nigra. ¶ Quedā quartana de pura nascitꝫ cole
ra nigra que frigida est ꝛ sicca: ꝛ iterū alia est de colera ni
gra que de incensionibus est aliorum humorū: sicut san. et
colere rub. ꝛ flegmatis: opꝫ xᵒ suis ꝓprietatib⁹ vnāquāqꝫ
discerni: vt medicina sua singulis ordinetur. ¶ Dyascori.
dixit. si significatiōes dicte de pura colera nigra dabunt
intelligere: regatur infirmus digestibilib⁹ ꝛ cibis diureti-
cis: sicut succo scariole maratri apij: que oīa coquantur et
colentur cum oximelle aromatico ꝛ melle rosa. Apozima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
5457/A/1

detur de rad.cum syrupo de absinthio purgeturq; mate-
ria cum vomitu paulatim incitetur sudor cum camomileo
anetileo calamentileo non purgetur corpus in principio
cum virtuosis in declinatione febris & apparentib9 signis
coctionis eius:coleram nigram'oportet purgari cum far-
macia et clysteri proprijs huic humori conueniente. Dein-
de demus trociscos de eupatorio reubarb.vel aniso: sicut
in quinta particula dixi:cum syrupo de squinanto vel ca-
lamento vel cum apozimate de radicibus. Aliquādo autē
in fine febris:demus tyriacam ma.dyaciminū. Caueam9
tamen hāc in estate et calida regione & iuuenili etate. In
hyeme ergo danda est et regione frigida.etate vetula.cō-
plexione frigida:vitanda sunt refrigeratiua:quia materia
crudificatur et prohibet digerenda:vnde fit causa diutur-
ni morbi. ¶ Quam quartanā si tertiana antecedit: & infir-
mus iuuenis existat macer et colerice cōplexionis: cū vri-
na sit ruffa vel ignea:sitis & nimie vigilie tēpore anni esta-
te natura aeris calida et sicca: intelligitur febris esse de
incensione colere rubee:vnde in primis medicabitur cum
refrigeratiuis:sicut succo maligra.& oxizac.si sit stipticus
cum prunis manna viol.et similibus humectetur venter:
que si non sufficiant clystere faciendū est.si autem materia
digeri incipiat:demus catarticum colere rub. incense pur-
gatiuū:sicut pruna oxifeni.et similia. Demus malagrañ.
vuas passas portula.bli.crisolocā.balneetur in aqua tepi-
da cessante febre:et aqua vbi cocta sint camomill.viola.
mellilotū & similia.toti corpori post balneum epithima fa
ciamus cum vino et oleo viol. ¶ Si hanc febrem morbus
sanguinolentus precesserit:& cōplexio infirmi similis sit.&
vrina ruffa & grossa:vene quoq; plene sint:sapor in ore dul
cis sit:somnus multus tēpus vernale:intelligendum est fe-
brem esse de incensione sanguinis.dāda ergo sunt digesti
ua et materiā sine calefactione excoquentia:sicut oxizac.
ptisanū:zodozac.mel.vio.succus scariole. Infirmi pedes &
crura ponāt in aq̄ ca.vbi camomill.viol.sint cocta vomi
tus moueat in pricipio accessiōis cū rigere ceperit:dem9
malagra.misceatur aqua bibenda cum oxizacca.materia
digesta & excocta flobotomemus de basilica vena vel me-

